



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



LILII GREGO  
RII GYRALDI FERRA  
RIENSIS, DE SEPVL-  
chris & uario sepelien-  
di ritu, libellus.

AD LECTOREM.

Inferias tumulosq; tibi, supremaq; iusta,

Hoc collecta breui codice, Lector habe.

Quod superest, lethi memores uiuamus & ipsi,

Et sic, ut morti uita superstes cat.



Basileæ, apud Mich. Ising.

M. D. XXXIX.

Io. Valerij marlincz. J. v. d.  
faluig. ii sedis Caſtavaguzz.  
caſ Bittio ſrea Pier. ponz



L I L I V S G R E G O  
R I V S G Y R A L D V S , I O A N N I .  
F R A N C I S C O P I C O M I R A N  
D V L A E P R I N C I P I  
S . P . D .



X quo tu me, pice optime, ex  
urbana tempestate naufragum  
et omni ex parte quassatum, re-  
rumq; omnium inopem, in hoc  
florentissimo tuo oppido Mi-  
randula quasi in portum collegisti, ubi, ut  
alter Alcinous iactatum Vlyssem, me ultra  
merita fouisti, s̄aeptiusq; inter loquendū à me  
petīsti, an quicquā inter naufragij tabulas  
reliqui superfuisset, quod si non publice &  
passim omnibus exponi, priuatim saltem &  
seorsum ab amicis pr̄sertim intimis cōspici  
posset: & inter alia me rogasti de sepulchro-  
rum et sepeliēdi ratione, quod tu scilicet iam  
supergressus septenarij et nouenarij anni an-  
cipitē clima c̄tera, sepulchrū tibi mediteris.  
**Q**ware cum inuolucrū nescio quo fāto me-  
cum enatassem, illud his diebus quibus tu a-  
pud Clementem v 11. Pont. Max. & Caro-  
lum v. Augustū Cæsarem Bononiæ absui-  
sti, tanquā mango interpolauī, non quidem  
ut illud uenale haberem, sed ea tantum ra-  
tione ut aliquam tibi si nō gratiam referrem  
(qui enim id possem?) at saltem illius signifi-

A 2

**EPIST. LILII AD FR. PICVM.**  
cationem præ me ferrem. Vale, ex arce tua  
Mirandulana, mense Aprili, M. D. XXXIII.  
cuius anni mēse Octobri infelix princeps &  
uita & oppido à fratribus filio per no-  
turnas insidias priuatus est, &  
ego miser omni fortuna ex-  
utus, uix uiuus euasi.

L I L I I G R E G O;  
R II G Y R A L D I F E R R A R I E N .  
DE S E P V L C H R I S E T V A -  
rio sepeliendi ritu, ad CARO -  
L V M Milthzieñ. Ger -  
manum,



V N T plerique, CAROLE, qui  
nullis sumptibus, nullis quan-  
tumuis immodicis expēsīs par-  
cunt, ut uel ædes sibi magnifi-  
cas, uel illustria monumēta cō-  
struant, nō illa quidem perpetuò duratura,  
ut quæ omni tū fortunæ tum temporis iniu-  
riæ sint exposita, qui tamen haud immeritò  
nonnullam alicuius temporis gloriā conse-  
quunt: ex ijs enim eorū quedā animi magni-  
tudo cōspicitur. Tu uero cum didiceris nul-  
la esse monumenta perenniora ijs quæ ani-  
mo & ingenio pariūtur, omni ope & studio  
niteris ut tibi tale compares monumentum,  
quod duret ēternūm. Nam cum sis nobiliss.  
familia genitus, in qua cum plureis tum lite-  
tarum omnis generis, tum armorum studijs  
excellentes floruere, nō solum in ista uestra  
tora, ut est latissima, Germania cogniti, sed  
ob eorum domi forisq; egregia facinora per  
omnem ferè Europam celebrati, quibus ne-  
tu degener esse uiderere, in Italiam commi-  
grasti, luculenta tibi optimarum artium uir-

LILII GREG. GYRALDI

tutumq; omniū monumēta paraturus, atq;  
in primis sanctiss. tum pōtificijs tū ciuilibus  
legibus strenue operā impēdis, quarū auspi-  
cio uides iustissimē cuncta regi, cædes tolli,  
ius et eequū colī, mores custodiri, ciuitates de-  
niq; & resp. florere. Sed interea & humāniorum  
studiorū nō aspernaris elegantiam, nec  
minus etiā amplecti uideris eius facultatis  
professores, quos et tua liberalitate munifi-  
cētiaq; demereris, amātissimosq; tui efficis,  
ut qui illius sententiam optime teneas, nullū  
prēclarior nec perēnius esse monumentū as-  
serētis, quām bonarū literarū. Nam per Deū  
immortalē, quid Simādio, qd Meridi, quid  
Artemisię, quid alijs demū penē innumerabī  
libus, ingētes moles uerius quām sepulchra  
struxisse profuisset, quarum nunc uix nomī  
na restant, nisi literarijs monumētis potius  
quām cemētitij & marmoreis struēta fuī-  
sent. necdum earum in prēsentia alia manet  
imago, nisi quam fidelissimo literarum stylo  
scriptorum bonorū manus formauere. Er-  
rat c A R O L E, errat profecto quicunque uel  
Bryaxin, uel Phidiā, uel Polycletum, uel Ly-  
sippum, aliūm uel quemuis ex eiusmodi cele-  
bratis artificibus, aliquid ex marmore, aliō-  
ue quo quis metallo seu materia effinxisse pu-  
tar, quod elegātius perfectiusq; fuerit, quām  
qua uel ab Herodoto, uel Diodoro, uel Pli-  
nio alijs uel scriptoribus expressa sunt. Qua  
exrc,

E P I S T : N V N C V P A T O R I A :

Ex re, recte, ut opinor, ille qui interrogatus.  
quo uellet artifice potius, quo ue metallo ef-  
fingi: malle se, ait, excellentis scriptoris laudib  
bus describi, quam ullo quantuus precioso  
metalio ab optimo quoq; artifice effingi: illi-  
us enim scripta, quam mūdus ipse, rādiu du-  
ratura. Sed quorū, fortasse rogas, hēc tam  
alte repetita? Nō aliam certe ob causam, nisi  
ut, quod uulgo dicit, te sponte currentē im-  
pellerem, & ad bonas artes capessendas ani-  
marem, simūlque ut aliqua ex parte tuis in  
memeritis hoc libello sub tuo nomine edito,  
gratiā referrē. Nam si quo minus alia re pos-  
sum, hoc saltem efficiam, ut ne erga te peni-  
tus ingratus fuisse uidear, tuq; uel beneuo-  
lentiæ uel liberalitati minus respondēre.

Nunc de libello pauca præfabor, quē de ua-  
sis sepulchralibus, uarioq; gentiū sepeliendi  
ritu, inscrīpsimus. Nam cū de uasis īgēs o-  
pus multis digestum uoluminibus in manu  
habeā, in quo uasa ipsa, quantum in me est,  
suis reddo officijs, in hoc de sepulchralibus  
egi. Vas etenim, ut primo eius operis uolu-  
mine definiui, est quicquid quippiā intra se  
cōtinet, uel quod ad eū usum comparatū est.  
Vnde sicut sacrīs, medicīnēs, coquinēs, rei nau-  
ticāe, alijsq; rebus propria & peculiaria uel  
cōmunia uasa adscripta ostēdimus, ita huic  
iurē de sepulchralib. uasis nomē indidimus.  
Verū quoniā sepulchrōrū uariē sunt species,

EPIST. NVNCPATOKIA

uarij quoq; sepieliendi mores, quapropter in  
hoc scripturo mihi de sepulchris, uisum est  
paulo altius rem repetere, deq; uario sepi-  
endi ritu multiplicq; instituto, tibi, & si per  
te alijs forte legerint, nō, ut puto, ingrata nec  
inutilia colligere: quæ ut aliud nihil faciant,  
nos certe mortis memores efficiunt, morta-  
lesq; esse docebūt, nihilq; in hac mortalita-  
te diu duraturum. Ea uero nunc demum ra-  
tione hoc quicquid est libelli exscriptū ad te  
misimus, ut, si editione, an potius sepul-  
tura, dignus tibi uisus fuerit, me-  
ritam sortiatur conditio-  
nem. Vale.

R E R V M M E M O R A B I L I -  
V M H O C L I B E L L O C O N  
T E N T A R V M I N D E X .

- A** Batos insula Antoninus Floren-  
tinus 38.23 35.30  
Acherusia palus. 38.  
14  
Acrisn sepulchrum 2.11  
Adriani monumen-  
tum 77.5  
Aegyptiorum cada-  
uera cur nō crem-  
ta 42.7  
Aegyptiorum regū  
sepultura 36.8  
Aegyptiorū sepultu-  
ra uaria 38.8  
Aethiopū sepeliendi  
institutum 46.11  
Albanorū mos sepe-  
liendi 60.28  
Amasis rex 73.25  
Androphagi 6.22  
Anima harmonia  
25.17  
Anthropophagorū  
immanitas 6.22  
Antiochus 2.13  
Antinoiciuitas. 75.1  
B  
Actrianorum cō-  
suetudo circa ætate  
confectos 59.23  
Balearidum insula-  
rum cōsuetudo se-  
pelendi 57.6  
Bépis 39.4

A 5

- Bero German. 36.1  
 Bibliotheca animi  
     medicamentū. 72.26  
 Brachmanæ Indorū  
     sapientes 50.6  
 Bucephala ciuitas  
     75.3  
 Bustum 25.10
- C**
- Adauer 17.3  
 Cadauera extra ur-  
     bem cur olim sepul-  
     ta 12.2  
 Cæsarum consecra-  
     tio 32.13  
**C. Cæstij pyramis**  
     74.11  
 Calaciæ gentis sepul-  
     tura 50.1  
 Calanus 50.11  
 Callisti monumentū  
     51.15  
 Capulus 20.9  
 Καρπικὸν ταῦφος 74.23  
 Caspiorum cōsuetu-  
     do circa parentes  
     senes 58.24  
 Causiani 62.2  
 Cecropis sepulchrū  
     2.14
- Cenotaphiū 30.18  
 Ceramicum 11.26  
 Charaxus 73.30  
 Chemis rex 73.26  
 Christi sepulchrum  
     77.28  
 Christianorū institu-  
     ta circa funera. 68.  
 Ciboria 19.16 (26)  
 Cimon 52.13  
 Cœnæ ferales 15.5  
 κολμητήρια 12.26  
 Colchorū mos circa  
     defunctos 58.14  
 Conchylia 19.19  
 Cōditoria. 5.18.19.8  
 Conditiuum 19.11  
 Conditum 18.13  
 Coragium 19.26  
 Crestonum sepeliēdi  
     mos 63.5  
 Cryptæ 5.17  
 Cterismata 14.26  
 Cyri regis sepulchrū  
     76.20
- D**
- Anace 39.8  
 Aéra 39.10  
 Darius Hystaspes  
     7.42
- Deme

## INDEX

- D**emetrius Phalereus 52.24  
**D**erbicum ritus sepe liendi 58.16  
**D**esignatores 20.22. 29.2. 37.17  
**D**iophantes Lacedæmonius 2.23  
**D**is 1.8  
**D**ruidæ Gallorum sacerdotes 64.28
- E**rronea 54.13  
 iæsa 4.21  
**E**nagismata 14.25  
**E**nata 14.25  
**E**phran 9.25  
 iæsalþræ 39.5  
**E**pitaphia quo ueribus constare debeant 4.9  
**E**pitymbia Venus 1.22  
 iæ 19.20  
 iæ 19.18  
**E**richthonius 2.16  
**E**ruloru cōsuetudo sepeliendi 59.7  
**E**rythræ regis sepulchrum 75.13
- E**sodonū mos circa funera parentum 60.14  
**E**uerriator 20.24  
**E**xuerræ 20.29  
**E**xequiæ 18.12
- F**Astigium 35.8  
**F**ebrua 32.8  
**F**eretrum 20.8  
**F**eriæ denicales 31.2 7  
**F**unus 18.10  
**F**unus imaginariū 30.26  
**F**ranciscus Paludes 35.27
- G**Allorum olim se peliēdi ritus. 64.16  
**G**ermanorum funera 65.9  
**G**errhorum sepulta 42.25  
**G**etæ 62.4. 63.22  
**G**othi 62.5  
**G**ræcorum sepulta 50.22. & 55.21  
**G**rammaticus 37.17  
**G**ymnasiæ insulæ 57.7

INDEX

- |   |                    |
|---|--------------------|
| <b>H</b>  |                    |
| <b>Hecatēus</b>   | 71.5               |
| <b>Helenes sepulchrum</b>   | 76.4               |
| <b>Hemitymbiō.</b>  | 18. 28             |
| <b>Humati</b>   | 17.12              |
| <b>Hydaspes</b>   | 75.7               |
| <b>Hyperboreorum se-<br/>peliēdi mos</b>                              | 56.14              |
| <b>Hypogea.</b>   | 5.18.19.10         |
| <b>Hyrcanorum cōsue-<br/>tudo circa defun-<br/>ctos</b>               | 59.23.60.1         |
| <b>I</b>  |                    |
| <b>Berorū sepultura</b>   | 49.26              |
| <b>Ichthyophagorum<br/>mos humandi mor-<br/>tuos</b>                  | 46.16              |
| <b>Imperatorum conse-<br/>cratio</b>                                  | 32.13              |
| <b>Indictiua funera un-<br/>dedicta</b>                               | 29.10              |
| <b>Indorum sepultura</b>  | 47.13. 48.24. 49.1 |
| <b>Indis tonsura maxi-<br/>mum dedecus.</b>                           | 56.1               |
| <b>Louis sepulchrū.</b>   | 77.<br>13          |
| <b>Iudæorum cōsuetu-</b>  |                    |
| <b>do mortuos cōdien-<br/>di</b>                                      | 65.23              |
| <b>līmarus</b>  | 2.16               |
| <b>L</b>  |                    |
| <b>LAcēdēmoniorum<br/>sepultura</b>                                   | 53.4               |
| <b>Laidis sepulchrum</b>  | 13.6               |
| <b>Lectuli</b>  | 20.6               |
| <b>Leſſum</b>   | 24.15              |
| <b>Lex in Co insula ſen-<br/>tibus sexagenarijs la-<br/>ta qualis</b> | / 56.22            |
| <b>Libitina sepulchro-<br/>rum præſes</b>                             | 2.17               |
| <b>Libitinarij</b>  | 2.25.<br>20.13     |
| <b>Loculus</b>  | 20.10              |
| <b>Lotophagorū ritus<br/>circa mortuorū ca-<br/>dauera</b>            | 61.7               |
| <b>Luciani locus emen-<br/>datur</b>                                  | 49.14              |
| <b>Ludi funebres</b>  | 28.26              |
| <b>funerales</b>  | 31.13              |
| <b>Lugēdi modus quis<br/>à Numa institutus</b>                        |                    |
| <b>27.10</b>  |                    |
| <b>Lyciorum mos in lu-<br/>ctu</b>                                    | 61.17              |
| <b>Lycur-</b>   |                    |

## INDEX

- |                             |                             |                   |
|-----------------------------|-----------------------------|-------------------|
| <b>Lycurgi institutum</b>   | <b>lis</b>                  | <b>24.7</b>       |
| <b>circa mortuos sepe</b>   | <b>Mycerini pyramis</b>     |                   |
| <b>liendos</b>              | <b>74.3</b>                 |                   |
| <b>M</b>                    |                             |                   |
| <b>MACEDONUM con-</b>       | <b>N</b>                    |                   |
| <b>suetudo sepeliendi</b>   | <b>Abathæorū con-</b>       |                   |
| <b>64.14</b>                | <b>suetudo circa defun-</b> |                   |
| <b>Macrobiōrū Aethio-</b>   | <b>ctorum cadauera</b>      |                   |
| <b>pū sepultura.</b>        | <b>57.24</b>                |                   |
| <b>Mahometis monu-</b>      | <b>Nasamonum mos se-</b>    |                   |
| <b>mentum</b>               | <b>pelendi</b>              | <b>57.13</b>      |
| <b>Massageterarum ritus</b> | <b>Necysia</b>              | <b>14.25</b>      |
| <b>circa morbo labo-</b>    | <b>νεκροτάπαι</b>           | <b>1.26.20.15</b> |
| <b>rantes</b>               | <b>νεκροκερίθιος</b>        | <b>17.12</b>      |
| <b>Massiliensium ritus</b>  | <b>νεκρόμ</b>               | <b>17.4</b>       |
| <b>lugendi mortuos</b>      | <b>νεκροφόρος</b>           | <b>1.27.20.16</b> |
| <b>65.4</b>                 | <b>Nicias</b>               | <b>52.10</b>      |
| <b>Mausoleum</b>            | <b>Nini sepulchrū</b>       | <b>75.</b>        |
| <b>74.19</b>                | <b>20</b>                   |                   |
| <b>Megarensiū sepelien-</b> | <b>Nitocris sepulchrū</b>   |                   |
| <b>di mos</b>               | <b>76.7</b>                 |                   |
| <b>53.3</b>                 | <b>O</b>                    |                   |
| <b>Melittuta</b>            | <b>Belisci</b>              | <b>74.12</b>      |
| <b>39.14</b>                | <b>Osiris monumentū</b>     |                   |
| <b>Mermereō Persarum</b>    | <b>77.17</b>                |                   |
| <b>rex</b>                  | <b>P</b>                    |                   |
| <b>54.26</b>                | <b>Adçorum sepultu-</b>     |                   |
| <b>μυημέρος</b>             | <b>ra</b>                   | <b>48.9</b>       |
| <b>Monumentū</b>            | <b>Pæonum sepeliendi</b>    |                   |
| <b>19.4</b>                 | <b>mos</b>                  | <b>61.10</b>      |
| <b>Morticinium</b>          | <b>Panebi</b>               | <b>57.20</b>      |
| <b>17.6</b>                 |                             |                   |
| <b>Mortuale</b>             |                             |                   |
| <b>17.5</b>                 |                             |                   |
| <b>Mulieribus antiquis</b>  |                             |                   |
| <b>mos ciulandi qua-</b>    |                             |                   |

## INDEX.

<b>Parentū corpora cre-</b>	<b>thus</b>	<b>74.23</b>
<b>ditorib. in pignus</b>	<b>Puticulus</b>	<b>19.7</b>
<b>apud Aegyptios da-</b>	<b>Pyramidū structura</b>	
<b>bantur</b>	<b>qualis</b>	<b>73.22</b>
<b>40.16</b>	<b>Pythopolites fluvi-</b>	
<b>Parthorum instituta</b>	<b>us</b>	<b>75.8</b>
<b>circa defunctos. 56</b>		
<b>11</b>		
<b>Patricidæ &amp; matrici</b>	<b>R</b>	
<b>dę quo suppicio a-</b>	<b>Eliquiæ</b>	<b>18.12</b>
<b>apud Romanos affe-</b>	<b>Romani ad tubā esse</b>	
<b>cti</b>	<b>runtur</b>	<b>25.9</b>
<b>Persarum in cōdien-</b>	<b>Romanorū cōsuetu-</b>	
<b>dis mortuis mos</b>	<b>do cremandi mor-</b>	
<b>54.15. 55.8</b>	<b>tuorum cadauera</b>	
<b>Phœnicum sepelien-</b>	<b>quandiu durauerit</b>	
<b>dimos</b>	<b>22.19</b>	
<b>Phryges</b>	<b>Rhodopis meretrix</b>	
<b>Phylas</b>	<b>73.28</b>	
<b>Pittaci institutum in</b>		
<b>condendis sepul-</b>	<b>S</b>	
<b>chris</b>	<b>Abæi</b>	<b>57.25</b>
<b>Platonis philoſo-</b>	<b>Sacerdotes nouen-</b>	
<b>phię scopus</b>	<b>diales</b>	<b>31.17</b>
<b>Pluto sepulchrorum</b>	<b>Sacra nouēdalia. 31.</b>	
<b>&amp; funerū inuentor</b>	<b>Saitę</b>	<b>12.30 (14</b>
<b>Polias</b>	<b>Salitores</b>	<b>37.24</b>
<b>Pollinētores</b>	<b>Sandapilarij</b>	<b>20.21</b>
<b>Pollincere</b>	<b>Sandapila</b>	<b>20.21</b>
<b>Polyandrion</b>	<b>Sappho</b>	<b>74.2</b>
<b>Porsenæ Labyrin-</b>	<b>Sarcophagus</b>	<b>18.16</b>
	<b>Sardanapali sepul-</b>	
	<b>chrum</b>	<b>76.18</b>
	<b>Sepul-</b>	

## INDEX.

- S**epulchretū 18.19  
**S**epulchrum unde di-  
 cūm 18.17  
**S**epulchrum quibus  
 rebus confit̄ 3.29  
**S**epulchri forma 4.  
 24.  
**S**epulchra animata  
 6.17  
**S**epulchra gētilia &  
 familiaria 20.3  
**S**epulchra heredita-  
 ria 20.5  
**S**epulchrorum notę  
 21.16  
**S**epulchorū sancti-  
 tas 8.12  
**S**epulchorū triage-  
 nera esse apud Ae-  
 gyptios 37.9  
**S**epulti 17.11  
**S**epultura legitima  
 30.28  
**S**epultura apud Ae-  
 gyptios qui carue-  
 rint 39.26  
**S**epultura olim qui  
 caruerint 21.6  
**S**cytharū sepulchra  
 7.23
- S**cytharum sepulta-  
 ra 42.24.45.2  
**S**icinnis 18.7  
**S**icinnistæ 18.4  
**S**icinnum 18.6  
**S**ilicernia 15.6  
**S**imandij regis sepul-  
 chrum. 71.17. eius  
 epitaphium 72.7  
**S**impludearia 29.8  
**S**indorum sepeliendi  
 mos 45.16  
**S**itiquare dicti. 17.26  
**S**iticines 17.28  
**S**oranus 1.9  
**S**uggrundaria. 19.22  
**S**umanus 1.8  
**S**tyx palus 38.20  
**S**yrophanes 2.24
- T**
- T**Archymata 14.  
 ταρψε 20.15 (26)  
**T**halassamani 67.7  
**T**aphosiris 77.16  
**T**aurorum ritus se-  
 peliendi 45.12  
**T**axilus rex 49.22  
**T**axilorum sepeliēdi  
 consuetudo 49.19  
**T**empla 2.8

## INDEX

<b>Thracum optimatū</b>	<b>Turcicarū sacerdotū</b>
<b>sepeliendi modus</b>	<b>carmen funebre.</b>
<b>63.9</b>	<b>67.20</b>
<b>Trausorum mos cir-</b>	<b>Tymbades</b>
<b>ca mortuos</b>	<b>19.2</b>
<b>Tibarenorū sepelien-</b>	<b>Tymbion</b>
<b>di cōsuetudo</b>	<b>18.28</b>
<b>Triacas</b>	<b>τύμπανον</b>
<b>14.26</b>	<b>9.6</b>
<b>Troglodytarū sepul-</b>	
<b>chra</b>	
<b>56.26</b>	
<b>Tumba</b>	<b>V</b>
<b>18.27</b>	<b>Bidina</b>
<b>Tumulus</b>	<b>1.24</b>
<b>18.25</b>	<b>Vespillones</b>
<b>Turbant Turcarum</b>	<b>128.</b>
<b>diademata</b>	
<b>68.14</b>	
<b>Turcarum exequiæ</b>	
<b>pag.</b>	<b>20.19</b>
	<b>Z</b>
	<b>Amolxis</b>
	<b>62.7</b>
	<b>Zarinæ sepulchrum.</b>
	<b>76.1</b>
	<b>Zarmanochegas In-</b>
	<b>dus</b>
	<b>50.14</b>

INDICIS FINIS.

SOLILII GREGO  
RII GYRALDI FERRARIEN  
SIS, DE SEPVLCHRIS, ET VA  
RIO SEPELIENDI RITV, AD  
CAROLVM MILTZ.  
GERMANVM.



LVTONEM, quem tum  
Ditem, tum Sumanū La  
tini, Sabini Soranum uo  
cauere, sepulchrorum,  
funerum, & exequiarum  
inuentorem antiqui cre  
diderunt, cum harum re  
rum nulla, ut ferūt, apud gentes antea in u  
su fuisset: atq; hac ipsa causa uulgō creditum  
fuit, ut inferis dens & uira functis impera  
ret. Libitinam quoque Romanos deam se  
pulchrorum præsidem coluisse accepimus,  
in cuius templo quæ ad sepulturas necessa  
ria essent uenderentur, eandemq; cum Pro  
serpina, seu potius Venere, deam esse arbitra  
ti sunt. Cuius non absimilis fuit quam Epi  
tymbiam Venerem Delphici uocauere. Sed  
& Vbidinam eandē ferè cum Libitina Græ  
ci quidā fecere. A Libitina certe libitinarij  
apud Latinos dicti, qui à Græcis οὐρανοῖς, et  
οὐρανοφόροι dicūtur, ut est apud Vlpianum de  
institoria. dicūtur & uespillones. Fuit uero  
usque adeo antiquis sepulchrorum cura, ut  
non aliunde templorum & sacrarū ædium

a

**Z**LIZI GREG. GYRALDI DE  
originem deductam, diligentissimi scripto-  
res tradant, Eusebius & Lactantius. Qua-  
de re & Clemens Alexandreus in adhorta-  
tione quapiam ad Græcos, si ita recte ~~προστηνεται~~  
~~προστηνεται~~ interpretamur, sic scriptum reliquit:  
Supersticio, inquit, templa condere persua-  
dit: quæ enim prius hominum sepulchra fue-  
runt magnificentius condita, templorum  
appellatione uocata sunt. Nam apud Laris-  
seam ciuitatem, in arce, in templo Palladis  
Acrisij sepulchrum fuit, quod nunc sacrarij  
loco celebratur. In arce quoq; Atheniensi,  
ut est ab Antiocho in nono historiarum scri-  
ptum, Cecropis sepulchrum fuit. In templo  
uero Palladis, quam Poliada Græci appellat,  
iacet Erichthonius. Ismarus autem Eumol-  
pi atque Dairæ filius, in Eleusine unà cū Ce-  
lei natabus sepultus, & reliqua, quæ multa  
Clemens colligit, & ab eo Eusebius, quæ in  
Latinis codicibus nō habentur. Sed ut tem-  
pla, ita & simulachra atque idola, à sepulti-  
ris originem traxisse, sunt qui uideri uelint,  
quos inter Diophates Lacedæmonius, qui  
antiquitatum libros XIIII. scripsit, is Syro-  
phanē ait Aegyptium hominē locupletissi-  
mum filio superstitem, eius desiderio simu-  
lachrum domi constituisse, ad quo d fami-  
liares configurerent, cum domini iracūdiam  
furorēmque euitare uellent: quo modo fa-  
miliares à domino ueniam consecuti, simu-  
lachru

lachrum ipsum floribus & coronis ornare  
 soliti erant, & odoramenta aliisque eiusmo-  
 di adolere, quae sunt postea ad sepulchra trans-  
 lata. Si quis tamen in uniuersum sepeliendi  
 causam indagare uoluerit, multo erit illi ma-  
 xime elaborandum (alia enim alijs gentibus  
 causa extitisse uideri potest) ut ex ijs quae in-  
 frà narrabimus facile perspici poterit. Si ta-  
 men accuratius res ipsa perpendat, duplicē  
 in primis eam esse uidebimus, ut scilicet po-  
 steri sibi quoq; moriendum esse admonean-  
 tur, & simul omnibus illuc tendentibus, re-  
 ste ac sancte uiuendū esse: quibus rebus ad  
 bene beatęq; uiuendū naturę quodāmodo  
 iure impellimur. Vnde & eadē (ut opinor)  
 ratione diuus Plato suę philosophię scopū  
 finemq; in mortis cōsideratione esse statuit.  
 Anneus tamen Seneca, non defunctorū, sed  
 uiuorū causa sepulturā inuentā esse uoluit,  
 ut scilicet hominum cadauera uisu et odore  
 fœda, à uiuentiū medio amouerent: id quod  
 ego factū crediderim, posteaq; iam cœtusho-  
 minū urbes ac ciuitates cōstituere cœpisset.  
 Sed utcunq;, his altius fortè repetitis omis-  
 sis, iam sepulchrorū uarias formas, uariasq;  
 figuras & lineamenta breuibus circunscri-  
 bam, quae tum à me cōspectis monumētis et  
 sepulchris, tum ex probatissimis autoribus  
 collegi. Nam cum in primis sepulchrū om-  
 ne duabus rebus cōstet, forma, & inscriptio-

4 L I L I I G R E G . G Y R A L D I D E  
ne, antiqui maxime studuerunt ut ad com-  
mensum & symmetriam utrumque constitue-  
rent, ut uidelicet monumentum inscriptio-  
ni, & inscriptio monumento quadam con-  
gruente ratione responderet. Sed de horum  
altero nos architectorum præcepta insti-  
tuent, de altero antiquitatum exempla nos  
instruēt, & quæ tot extat eulogia & collecta  
& edita uulgo. Tituli enim qui Epitaphia di-  
cuntur, autore Platone, quatuor uersicu-  
rum numerum exceedere nō debent, ut tran-  
siens uiator facile perlegat. Verū hoc ab eo  
dictum quidem præclarè, sed suæ secundum  
instituta ciuitatis. Nam aliter factitatū non  
solum à Græcis suis, sed & à Latinis nostris  
barbarisq; uidemus. Inoleuit etiam plerisq;  
antiquorum usus, ut soluta frequentius ora-  
tione quam uersu Epitaphia sepulturis in-  
scriberent: cum è contrario Græci, & iij quidem  
antiquissimi, non nisi uersu sepulchris  
inscriptions adhiberent, quæ & quod ele-  
go plerunq; carmine fierent, iā, γά à Græcis  
sæpe uocata reperies. Epitaphia uero ipse le-  
gimus Græcis literis, Latinis, Hetruscis, Ae-  
gyptijs, Hebræis, et barbaris ceteris. Sepul-  
chri igitur formam alijs, & iij quidem quoru  
corpora non cremabantur, non maiorem  
apud antiquos, quam ut corpus caperet, fa-  
ciebant: quod & à plerisq; hoc quoq; tēpo-  
reseruari uidemus, Antiqui uero id in uasis,

inter-

Interdum stantis forma, interdū columellę, nonnunquā arculæ uel plutei specie cōficie bant: nōnulli in tabellæ scriptoriæ planitiē effingebāt, alijs amplius quiddā et maius, ubi & titulos & rerū gestarum monumenta in-  
scalpebant quidā in scrinijs marmorei, non nulli in lectuli speciem sepulchra struxere: quidam & gradus his addidere, alijs facella proxime erexere. Fuerūt & qui colūnas ingentes, aut pyramides, uel obeliscos, procerosue colosios erigerēt. Verū in columnarū genere illę p̄cipue celebratę, quæ ad pedes plus minus centum ductæ sunt, quę circum undiq̄ signis asperæ, & rerum historijs circumuestitæ, intrà autem gradus habent ad cochleam, quibus ad summum earum usq; ascendi potest, quales adhuc Romæ cernuntur. Fuerunt & qui cryptas subterraneas, quas Græci hypogea, Latini cōditoria nuncupant, sepulchris disponerent, cuiusmodi me uidisse cum aliubi, tum Romæ & Baijs succurrit. Sunt & eiusmodi quedā Christianorum hypogea prope templa, ut Veronæ: & adhuc toto ferè in Latio conspiçiuntur bustuaria familiarum & domesticorum teliure suffossa, distinctis paruo per parietes interallo bustulis, quibus crematorum reliquię condebantur: stantq; breues tituli, pistoribus, coquis, tonsoribus, aliptis, & cæteris eiusmodi ex familia. Sed et effigies tum

gypso & polline marmoreo ac calce factas,  
tum marmore sculptas, tum diuerso metal-  
li genere formatas, in solarium & memoria  
antiqui exprimere consueverunt, quarum  
mentio frequens apud celebratos autores,  
M. Tullium, Plinium, Lactantium, Statium,  
Martialem, item historicos: quam consuetu-  
dinem et nostra demū hac tempestate ab a-  
liquibus nouari iam planè uidimus. Nūc  
ex qua materia sepulchra cōfici soleant, res  
ipsa & locus, ut ostēdam, exposcerē uident.  
Nam ueluti uaria fuit et diuersa sepeliēdi ra-  
tio apud nationes, & uario subinde tempo-  
re, ita uaria quoq; fuit & diuersa, ex qua mo-  
numenta conficerentur, materia. De sepul-  
chris igit nos ita statuimus, ut alia animata  
dicamus, alia in anima. Animata rursus in ea  
quæ ratione pollēt, & quæ rationis expertia  
sunt, partimur. Nā alijs homines ipsi sepul-  
chra fuere, ut eorum penes quos mos fuit et  
mortuos uorare, & humana carne uesci, un-  
de et illis uocabula Androphagi, & Anthro-  
pophagi: uel eorū qui potu defunctorū cine-  
res hauriunt. Alijs sepulchra fuere animalia  
bruta et rationis expertia, ut qui suorū cada-  
uera canibus, uel uulturibus, cæterisq; feris  
exponerēt. In anima uero sepulchra appella-  
mus, quæ ex diuersa sunt confecta materia.  
Alijs item elemēta ipsa sunt sepulchra, ut eo-  
rum qui terra cōduntur, qui aqua summer-  
gun-

guntur, qui igne cremantur, qui per aëras suos spensi, arboribus vel patibulis suffiguntur. Ac de his quidem omnibus est à nobis copiosius agendum, cum de singulis nationibus instituta trademus. Ex omni præterea metallo sepulchra & loculos factos partim legimus, partim ipsi uidimus: ex auro uidelicet, argento, aere, orichalco, ferro, plumbo, stanio, electro, magnete: plurimum uero ex marmore, eoque diuersi generis. Item ex coctilibus fictilibusque uasibus, tegulis, plinthis, ex argilla, cretaue, sed & ex ligno, ligneisque arcellas, uitreis etiamque uasculis, & crystallinis, aliisque eius operis, His ita de forma & materia sepulchrorum à nobis breuiter expositis, illud iure subdemus, sepulchrorum iura semper sacra habita, non modo Græcis ipsis & Romanis, sed & Iudeis & barbaris quoque nationibus. Nam (ut alias nunc mittam) uide quanto studio ac diligentia apud Mosen Abrahamus ille uir sanctissimus, uxori, sibiisque ac posteris suis sepulchrū pararit. Scythes quoque qui immanciores ceteris habentur, cum Darius Hyrcanus eos bello lacesseret, eisque à Persis obijceretur quod prælium detrectarent, inter alia quæ responderunt, sunt (dixere) paterna nostra sepulchra, quæ cum inuenieritis, agite, tentate illa labefactare, tunc certe intelligeris simus uobisque nos pro paternis sepulchris pugnaturi nec ne:

**S L I L I I G R E G . G Y R A L D I D E**  
interea nisi nos ratio traxerit, prælium non  
conseremus. Ex quibus facile cognoscere  
possimus, quo cultu ac reuerētia apud bar  
baros Scythes essent sepulchra, si nulla alia  
ratione ad prælium trahi poterant. Sed quò  
paterni sepulchri summa esset religio, præ  
ter id quod de Scythis diximus, Thamyri  
dis quoq; fabula astruit, quæ et in proverbiū  
usq; cessit, in eos qui furore & insania corri  
piuntur, qui in patrios cineres minxerunt,  
cuius & noster Horatius in Poëtica memi  
nit. Scribit M. Cicero, quod sepulchrorum  
sanctitas in ipso solo est, quod nulla ui mo  
ueri, neq; deleri potest, atq; ut cætera extin  
guuntur, sic sepulchra sanctiora fiunt uetus  
state. Terra, inquit Plinius, nos à reliqua na  
tura abdicatos tum maxime ut mater ope  
rit, nullo magis sacramento, quam quo nos  
quoq; sacros facit. Scribit & Plutarchus in  
*Numa*, sacrosuocari uita functos, quorū ui  
delicet sacra sint sepulchra. Nostra quoque  
Christianorum lege, sua sepulchrī inest reli  
gio: & idcirco etiam uiolatoribus sua pro  
posita sunt supplicia. Vetus eiusmodi extat  
Romanorum lex: Vbi corpus demortui ho  
minis condas, sacer esto. nostri uero id Pon  
tificis autoritati subesse uoluerūt. Illud quo  
que Romanorū legibus cauebatur, ne quis  
uestibulum aditūm uel ad sepulchrum usuca  
peret, n̄c uel bustum uiolaret. Perstat & Gre  
ca

ca sententiola, quę & in prouerbium cessit,  
ne moue non mouenda, hoc est, ἀκίνητα μὴ λε-  
νε. Extat & hac de re cum Imperatorum ac  
Pontificum nostrorum leges, tum diuini-  
tus à M. Tullio tradita instituta. Quineti  
& τυμπούχοι (sic enim sepulchrorum effosso-  
res ac uiolatores Iurisperiti gręca uoce num-  
cupant) seueris pœnis plectūtur. Scribit VI-  
pianus, sepulchri uiolati actionē infamiam  
irrogare. At uero Paulus, reos sepulchrorum  
uiolatorum, si corpora ipsa extraxerint, uel  
ossa eruerint, humilioris quidem fortunæ  
summo affici supplicio, honestiores in insu-  
lam deportari, aut relegari, aut in metallū  
damnari. Hanc tamē sepulchrorum religio-  
nem cōtra hostes haud ualere, Caius Iure-  
cons. arbitratus est, cum ita prodat: Sepul-  
chra, inquit, hostiū religiosa nobis nō sunt,  
ideoq; lapides inde sublatos, in quemlibet  
usum conuertere possumus, nec sepulchri  
uiolati competit actio. Porrō & sepulchra  
uēditare apud antiquos ignominię & pro-  
bro dabatur, adeò ut nomē apud Hebræos  
immutatum ijs qui id fecissent: ut Ephroni  
cōtigit, qui ea causa Ephran appellatus est,  
signāte (inquit Hieronymus) scriptura, nō  
eum fuisse consummata perfectęq; uirtutis,  
qui potuerit memorias uendere mortuo-  
rum. Subdit idem: Sciant igitur qui sepul-  
chra uendant, & non coguntur ut acci-

10 LILI GREG. GYRALDI DE  
piant preciū, sed à nolentibus quoq; extor-  
quent, immutari nomē suū, & perire quiddā  
de merito eorū, cum etiā ille reprehendatoc  
culte qui inuitus acceperit. hęc ille. Nec hoc  
loco illud omittendū, quod etiā si fundus in  
quo sepulchra sunt uēditione alienet, ad ea  
uendori ius adeūdi superesse: quod his fer-  
mē uerbis Pōponius asserit; Dominis, inq̄t,  
fundorū in quibus sepulchra fecerint, etiam  
post uēditos fundos adeundorū sepulchro-  
rum ius esse. Sed cum sepulchrorū iura sacra  
semper habita ostēderimus, nūc illud pari-  
ter nō ignorandū, antiquissimi fuisse institu-  
ti, ut intra urbē, & domi quoq; defunctorū  
cadauera cōderent: unde & remāsit lariū &  
penatū religio, qui ea de causa domi à gēti-  
bus colerent. Verū ea mox cōsuetudo, ut fœ-  
da ac tetra, antiquata et in totū sublata, adeo  
ut etiā xii. tabul. legibus uetiū sit, id quod  
et senatus consulto Duillio cōsule approba-  
tum est: ex qua re in usu loquendi uerba illa  
uenere, educere, et efferre. Vestales tamen et  
Imperatores Romani huic legi et s . c . subij-  
ci noluerūt. Plutarchus Fabritijs et Valerijs  
cōcessum ait, ut in foro ſepelirent; eorū tamē  
posteri tametsi id sibi liceret, supposita tantū  
face, in foro cadauer efferebāt. Eius prēterea  
qui triūphasset, ubi extra crematus fuisset, os  
sa & cineres in urbē deferri & cōponi, decre-  
tis permīssum fuisse, Pyrrhon Lypargus tra-  
dit

dit. M. Cicero eadē penē quę Plutarch.scribit in libro de legib. Appianus uero sophistes & nobilis historicus, inter causas quas enumerat, cur patritiū agrarias leges cōtemnerēt, & hāc affert, quod indignarent̄, impiumq̄ ducerent, suorū parentū monumēta in aliena iura trāsfire, atq̄ id pietatis et religiōis causa. Plato etiā in illis suis legib. agros et in primis steriles sepulturis destinauit. Sed qd extra urbē antiq̄ mortuos sepelierint, præter ea quę attulimus, et quod adhuc monumēta penē innumerabilia huiusmodi cōspicimus, inscriptiōes quoq̄ sepulchrorū et epitaphia id manifeste cōprobant: nā ferè omnia quę hactenus cōspexi Latina, has, uel his similes notas habēt, IN AGR. p. quę quot agri pedes sepulchrū occuparet significabāt. Est apud Vlpianū Iurecōsul. id obseruatū, D. Adrianū pœnā aureorū x i. statuisse in eos qui in ciuitate sepulchrū fecissent, quos fisco inferri uoluit. Eandē quoq̄ pœnā in magistratus statuit qui id passi forēt: quin et locū publicari mādauit, indeq̄ cadauer trāsferri. Se peliebāt autē Romani secus maxime militares et publicas uias, inter quas in primis Flaminia et Latina celebrant̄, ut apud Atheniēses Ceramicū, apud Corinthios Sinopēi Diogenis sepulchrū, apud Syracusas Archimedis: & hāc in agris quidē, ut mittā plurima quę apud autores & leguntur, & adhuc secus ipsas uias cernunt̄, Quibus uero dē cau-

12 LIZZI GREG. GYRALDI DE  
sis extra ciuitates cadauera sepelirentur, inter  
alias potissimum has afferri uideo, ut scilicet  
libera urbs tetro cadauerum odore minus  
pestilenti aere afficeretur, & ut illac transfe-  
tes uiatores ad laudes accenderetur, mone-  
renturque ad praeclara facinora obeunda, neque  
si ita accideret, paterentur hostes in suorum  
maiorum monumenta grassari, & perinde  
alacriori etiam animo a mœnibus urbis pro-  
pellerent. Addit his Cicero, ne rogi fortas-  
sis aliquando igne urbs conflagraret, aut in-  
cenderetur. Nunc Christiani nostri, (pro ma-  
iorum nostrotum sancta instituta deperdi-  
ta) non intra urbem modo defunctorum cor-  
pora condunt, uerum & si deo placet, in tem-  
plis, ipsisque delubris & sacellis, in quibus di-  
uorum cineres & reliquiae tantum seruari  
& uenerari maiorum nostrorum religio fuit,  
nefariorum & scelestissimorum hominum,  
utinam & non etiam impiorum, fœdissima  
cadauera condunt: quod fieri præter maio-  
rum leges & instituta, cum Pico saepius & Ma-  
nardo, & nunc tecum quoque CAROLE ue-  
hementissime doleo. Ad huius enim rei mi-  
nisterium, quæ græco uocabulo à dormitio-  
ne & quiete dicuntur κομνησια, à maioribus  
nostris constituta fuerunt: quo modo etiam  
Lacedemonij, qui ex Lycurgi leges suos in ur-  
be secus Deorum templa mortuos sepelire  
consueuerunt. Sicut tamen Aegyptijs suos  
tantum

tantum reges, quos ut deos uenerabantur,  
intra templorum septa cōdere soliti fuerūt,  
id quod & ab alijs factitatum autores pro-  
diderunt, & nos nonnihil infra. Legi & a-  
pud Athenæum, nobile illud scortum Lai-  
dem in Veneris templo apud Peneum fluui-  
um sepultam fuisse. Sed hac de re satis. Nō  
alienum à proposito opere me facturū reor,  
si tibi hoc loco repetam, qua sit ratione fa-  
ctum, ut ex tam paruis initijs, tam magna  
sumplērit incrementa sepeliēdi mortalium  
cura. Nam cum primum domi, ut retro di-  
ximus, sine ulla pompa defunctorum cor-  
pora conderentur, idq; postea per leges es-  
set abrogatum, ne tetro scilicet cadauerum  
nidore uiuentes infestarentur, ad tantā de-  
mum magnificentiæ pompam, ne luxum dī  
cam, deuentum est. Sedenim cum id maxi-  
me curādum esset, quod et Plato scribit, ho-  
minem ita habēdum ut neque mortuus ne-  
que uiuus hominum cōtui ac societati esset  
incommodo, cōperūt ergo in agris primū  
loca in quibus sepulturæ fierent excogitare,  
inibiq; ad sepulturæ indicium, lapidem, seu  
tegulam, nonnunquam & cespitem, tumu-  
lumq; erigere, aliquando cippum & testas  
glebasq; aggerere, interdum arborem sere-  
re, quod & diuo Platoni in legibus placuit,  
& nunc aliquando Turcis, ne uidelicet feræ  
animaliæ bruta sepulchorum ossa effode-

84 LILII GREG. GYRALDI DE  
rent. At uero redeuntes posteri ad agros, ue  
re iam florente, charissimorū iacētium cum  
reminiscerētur, pro tempore floribus & str  
atis, cæterisq; eiusmodi reliquis suorum me  
moriā celebrabāt: ex qua re annua, & tot  
alia mortuorum sacra adinuēta, de quibus  
ita cecinit ingeniosissimus poëta Naso:

*Tegula porrectis satis est uelata coronis,*

*Et sparsæ fruges, paruq; mica salis.*

*Inq; mero mollita Ceres, uiolæq; solutæ.*

*Hæc habeat media testa reperta uia.*

*Nec maiora ueto, sed & his placabilis umbra est.*

*Adde preces positis & pia uerba foci.*

Sed cum nōnulli essent qui suorum uel pro  
pinquorum, uel amicorum minus deside  
rium ferre possent, tertium, septimum, no  
num, & quidam trigesimum et quadragesi  
num, non sine quadam numerorum reli  
gione, dies defunctorum manibus & me  
morię statuerunt: quorum dierum nō mo  
do apud gentes mentio, et summa obserua  
tionis cura, sed & in præsens à nostris iū ma  
gna diligentia custodiuntur. Hinc ab anti  
quis Græcis sacra illa, Necysia, Ennata, Ena  
gismata, Cterismata, Tarchymata, hinc Tria  
cas, & Triacontades dies legimus institu  
tas: hinc à Latinis iusta, exequiæ, inferig, pa  
rentationes, nouēdalia, denicalia, februa, fe  
talia, & cetera huiuscmodi: que omnia tum  
laetie

lacte & uino, tū fertis & floribus, tū reliquis  
alijs rebus, quæ, ut ait Ouid. ab antiquis ce-  
lebrabantur. Afferebant & interdū epulæ da-  
pesq; ad sepulturā, ubi quoq; antiqui epula-  
bant. Vnde sunt apud autores ferales cœnæ,  
silicernia, & funerū fercula, quem morē uix  
dū Christiana lex cōpescuit. Extat certe D.  
Ambrosij & aliorū post eum cōtra hanc cō-  
suetudinē orationes & decreta: in cuius qui-  
dem uicem (adeò difficillime potuit abole-  
ti) in quibusdā adhuc regionibus in paren-  
tationibus perseverat, ut domi amici & co-  
gnati conuocentur, peractisq; ad sepulchrū  
iustis & funeralibus, domi cōuiuia, et quidē  
lautissima agitat, in quibus & demortui lau-  
deset uiuentiū solatia à sacerdote, uel pro eo  
ab alio, post epulas funebri oratione referū-  
tur. Sed pr̄ter antiquorū conuiuia, etiā lu-  
dos funebres in funeribus, et quidē magnifi-  
centissimos excogitarū, quos celebri appa-  
ratu nō modo actitasse Romanos legimus,  
sed ijs lōge prius Græcos, ut uel Homero in  
Patrocli funere teste, ceterisq; poëtis, didici-  
mus. Processit uero & in tantum excreuit a-  
pud gentes immodica sepulchrorū cura, ut  
aliquæ nationes etiā mortuorū monumenta  
imp̄sius studiosiusq; curarent, quam uiuo-  
rum domicilia: eos in primis falli existimam-  
tes, qui breuioris & momentaneæ uitæ cōdi-  
ficia magnifica construerent, sepulchra ue-

ro in quibus æternum, uel certe diutissime quiescendum sit, negligerent, atq; inter hos maxime fuere Aegyptij, quorum molesim manes (sic enim uerius quam sepulchra dixerim) à scriptoribus celebrantur. Rectius autem ac sapiētius illi mihi fecisse uidentur, qui in sepulchrorum sumptibus & eorum luxu, ne immodica erogaretur pecunia, modum per leges posuerunt. Pittacus quidem unus, ut plerisq; uisum est, è septem Græcię sacerdientibus, apud suos lege cauit, ne in construēdo tumulo, q̄ treis columellas plus expenderent, cum antiquiores etiā aliqui gleba tantum contenti et cespite, corpora obtegerent: ibi enim fortunaru dispendium fieri non debet, quo incommutabili naturae legem omnes peruenire compellimur. Et propterea à quibusdam legibus interdictum ac cepimus, ne maiore opere ac impēsa monimentum cōderent, quam quod triduo decem homines conficere possent. Plato quidem decentissima monumenta parētibus, temperatissima tamen, fieri præcepit. Idem alio loco Philosophus de sepulchrorum institutione plura præcepit, & Platonem secutus M. Tullius, quæ tibi breuitatis causa pretereo. Sed quoniam omnibus per te scribendo prodessē cupimus, hac causa nec illa omittam, quæ ad uocabulorum & uocū proprietates hac in re pertinere videbuntur, ut qui

qui in uarijs legendis autoribus occupantur, plane intelligant quid quisq; senserit. Cadauer igitur propriæ defuncti corpus à cœdendo dicitur, quod Græci νεκρὴν uocauere: tametsi latine quidam mortuale, interdum morticinium uerterunt, ut Hieronymus, & sacræ scripturæ interpretes. Transfertur tamen & ad inania quæ sunt, ut urbiū, edium, & statuarū cadauera appellantur: id quod & Græci quoq;, ut cū de Corinthijs fractis signis, νεκροκοπιδίους dixerunt. Sepultos quoquo modo conditos, humatos uero humo iniecta cōtectos dici accepimus: quem rem ius pōtificale cōfirmabat. Nam priusq; gleba iniijceretur, locus ubi corpus creatum esset nihil religio nis habebat: iniecta uero ubi tumulo gleba fuisset, & humatum & gleba uocabatur, ac tum deniq; multa religiosa iura cōpletebatur. Hanc rem & Vergilium in VI. attigisse sunt qui affirmant, cū ait de Palinuro: Aut tu mihi terrā iniijce. Itē Horatiū in eo: Quanquā festinas, non est mora longa: licebit Iniecto ter puluere curras. Sed & sepultos dicimus & tumulatos, & cōditos, et funeratos legimus: item fitos: unde siticines uocabulum deflexum existimatur: de quo hæc ferè Gellius & Marcellus ex collectaneis Attei Capitonis. Siticines, inq;unt, appellatos legimus, qui apud fitos, hoc est, uita functos canere soliti essent,

b

Amplius addit Gellius, sicutines proprium habuisse tubæ genus quo canerent, à ceterorum tubicinū proprietate differens, quos sicinnistas (ait) uulgus dicit. Qui rectius locuti sunt, sicinnistas, litera n gemina dixerunt. Sicinnum enim genus ueteris saltationis fuit, quæ & sicinnis dicit, de qua in dialegis nostris de Poëtis commodius ex Polluce, Athenæo, Suida, Ammonio, alijsq; me minimus. Nec illud ignores uelim, funus proprie dici cadauer iam ardens uel incensum: exequiæ dum portatur: reliquiæ iam crematum & bustum: cōditum uero iam sepulcum. Sed iam uasa ipsa, hoc est, sepulchrorū nomina quibus frequēter autores usi sunt, & cuius causa libellū cōcinnauimus, adscribemus. Sepulchrum ergo à sepeliēdo dictū, ut inuolucrum ab inuoluendo: uerum usi aspirationem sumpfit: unde & sepulchreū Catullus formauit, pro loco ubi multæ pulchra sunt: sicuti à Græcis Polyandron dicit, quod nos Christiani cœmeterion vocamus. De Polyandrio apud nos D. Hieronymus, & alij quidam eius ordinis scriptores. Dicimus & tumulum, à terra in cumulū erecta: & sarcophagum, à saxi carnem excidentis genere. Tumba quoque nonnunquam uocatur sepulchrū: unde & tymbion, & hemitymbion, pro parua sepultura. Cicero tamen tymbon bustum interpretatur: unde et male-

maleficæ mulieres quæ in sepulchris uersantur, tymbades nuncupat. Pro sepulchro etiam interdum, arca, urna, & cippus capit: Item monumentum, quod & Græci κυνηγοι. Vocatur & olla & solium, præcipue Plinio, Curtio, & Suetonio. Vsi sunt & ueteres particulo pro uetusto sepulturæ genere. Petronius Arbiter alijs nonnulli cōditorium sepulchri genus faciunt, id scilicet quod Græci hypogœum, quod subterraneum esset, uocauere. Condituum uidetur à Seneca quādam epistola dici. Mausoleum præterea, ab eo quod in Caria fuit regis Mausoli ab Arte misia regina cōditum, sēpe uocatū legimus. Nostri etiā Christiani conchylia quandoq; appellauerūt. Itē ciboria, de quibus ex Græcis & Latinis alio loco plura. Sunt item que Græci θύραι, quæ ideo sic uocata in Theocratum grammatici tradūt, quod mortuis iniiciatur terra quæ ἡρα dicitur. Alij θύραι nuncupat quæ nostri suggrundaria, infantium sepulchra, eorum uidelicet qui quadragesimum diem necdū explessent. Rutilius Geminus & Platiades autores. Sunt qui suggrundia, & suggrūdaria uocent, quorū M. Varro meminit, sed non pro sepulchri specie. Choragium Fulgentius pro uirginali sepulchro uel funere interpretatus est, cuius rei causa à quibusdam accusatur, parū animaduerentibus, hoc sine afflato scribi, illud choragiū

20 LILI GREG. GYRALDI DE  
cum afflatu. Meminit & Festus Pomp. Sunt  
& illa apud Iurecōsultos sepulchrorum ge-  
nera, quæ gentilia & familiaria dicuntur,  
hoc est, quæ toti familiæ & genti compara-  
ra sunt. Sunt item hæreditaria, quæ hæredes  
sequuntur. Lectuli uero & lecti (sic enim u-  
troque modo uocati sunt) quibus cadaue-  
ra ad sepulchrum deferuntur, tum feretrum  
etiam, tum capulus, tum sandapila, tum de-  
mum & loculus. Videtur & locus exposce-  
re, ut eorum quoque qui funera curant no-  
mina breuiter annotemus. Sunt uero in pri-  
mis libitinarij, ut suprà meminimus, sic à Li-  
bitina dea nuncupati, qui græcè dicuntur,  
teste Vlpiano, *μηροπῖται*, & interdū *ταρφεὶς* &  
*μηροπόροι*. Sunt & pollinctores sic uocati,  
quod pollincere apud ueteres fuitus cura-  
re significaret, quo uerbo usus est Plautus.  
Sunt et uespillones ea ratione dicti, quod ué-  
speri in primis sepelirentur uita funeti. Sunt  
& sandapilarij à sandapila feretro nuncu-  
pati. Erant & designatores, de quibus ali-  
bi facta mentio. Sedenim nec hoc est præ-  
termittendum, euerriatorē uocari eum, te-  
ste Festo Pompeio, qui accepta hæreditate,  
iurè iusta facere defuncto debet: qui si non  
fecerit, seu quid in ea re turbauerit, suo capi-  
te luat. Id nomen ductum à uerrendo. Nam  
exuerræ sunt purgatio quædam domus ex  
qua mortuus ad sepulturam ferendus est,  
quæ

quæ fit per euerriatorem, certo genere sco-  
parum adhibito, ab extra uerrendo dicta-  
rum. His ita expositis, iam uarios se-  
pelendi ritus morésque adferam, si tamen  
illud te prius admonuero, eos quondam  
publico ferè hominum consensu sepultu-  
ræ honore carere, qui sibi manus iniecerint,  
qui que, ut est Pythagoræ sententia, iniur-  
su Imperatoris ex statione & præsidio de-  
cessissent, hoc est, qui se interemissaerint. Di-  
gnissimum enim esse ait Egesippus, eos qui  
Dei patris imperium non expectarent, pri-  
uari quodam quasi matris gremio terræ se-  
pulchro. Alij tamen his dextram à cætero  
corpore absciudebant, ea ratione, ne mem-  
brum quod uesano quodam furore in cor-  
pus saeuierat suum, cum eo pariter sépe-  
liret. Eadem à Iosepho traduntur. Hoc i-  
dem supplicium in patricidas & matrici-  
das sacrilegos antiqui irrogabant, ut iudicem  
Egesippus & Iosephus sunt testes: quos ta-  
men patricidas Romani in culeum, cum si-  
mia, gallo & uipera insutos, in mare uel flu-  
men proijcere solebāt: & merito, ut indigni  
qui aliquo uitali fruerent elemento, qui eos  
à quibus uitā accepissent, ingratissimi uiol-  
lastient, perdidissent. Sed ipsos iam sepelien-  
di ritus prosequamur, atque à Romano po-  
pulo, ut cæterarum gentium principe exor-

32 LILII GRÆC. CYRÆLDI DE  
dium sumamus, tametsi apud eos non una,  
nec semper eadem fuerit cōsuetudo, nec ab  
omnibus obseruata, quod uel ex his que  
scribit Plinius facile cognoscas. Ipsum, in-  
quit, cremare apud Romanos non fuit ue-  
teris instituti: terra condebanūt, atque post  
quam longinquis bellis obrutos erui co-  
gnouerunt, tunc institutū. Et tamen multi-  
farie priscos seruauere ritus, sicut in **Corna**  
**lia** domo nemo ante Syllam dictatorem tra-  
ditur esse crematus, idque eum uoluisse, ue-  
ritatum talionem, eruto scilicet **C. Marij** ca-  
dauere. Sed & Numæ Pompilij corpus in  
area lapidea conditum legimus, quod mul-  
ta post secula à **Cn. Terentio** in Ianiculo ef-  
fossum, scriptores monumentis prodidere;  
qua de re ex diuersis autoribus multa Plini-  
us & Plutarchus, ut Lactantium & cæteros  
mittam. Mansit uero apud Romanos cre-  
mandi consuetudo, ut à nostris quibusdam  
obseruatum est, usque ad Antoninorum Im-  
peratorum tempora, quibus à plerisque de-  
situm est corpora cremare, & rursus terræ  
condere cœptum est. Romani igitur ubi a-  
nimam ægrotus exhalare cœpisset, qui pro-  
ximiores erant, si domi moriebatur, spiri-  
tum ore excipiebant, morientisque oculos  
claudebant, quos oculos scribit Plinius rur-  
sus in rogo patefacere, **Quiritum** magno ri-  
tu sacrum fuisse; ita more condito, ut neque  
ab

ab homine supremum eos spectari fas sit, & cœlo non ostendi nefas. Legetamen Mania cauebatur, ut autor est Varro & Marcellus, ne filij parentibus luci claro oculos fugillarent: minus enim licebat ut filij parentum oculos in obitu fugillaret: quo loco Nonius fugillare, pro occludere exponit. Scribit Plutarchus eos uulgò infelices uocari, quorum oculos propter absentiam non potuerunt parentes obtegere. Postquam ergo mortiens exhalauerat animam, cadauer ij quos libitinarios & pollinctores appellatos diximus, lauabant ungebârç, & si cremandum foret, pyra lignis alijsç rebus struebat pro hominis cōditione. Non enim eadem omnibus, nobili, ignobili, patritio & plebeio. Defuncti corpus albis uestibus induebantur, ut Plutarchus scribit: tum in pyra uestes, unguenta, aromata, & id genus cætera disponebâtur: inde funerationem, quam appellabant, faciebant, hoc est, funeris pompa ducebatur. Filij operto capite parentes sequebantur, ut autor est Plutarchus. Idem hoc tempore custoditur à necessarijs & familiaribus in Italia, uariè tamen. Filiæ uestro nudis & passis crinibus sequebantur: cuius rei causas inquirit idem ille Plutarchus, inter quas cōmemorat, quod illa lugētibus accommodata sunt, quæ minus sunt usitata. Nam cū mos esset ut magis mulieres o-

perto capite in publicum prodirent, & contrà uiri aperto, contraria in luctu factitari solere ait. Apud Græcos si quid aduersi accidisset, mulieres totondisse, uiros comas a luisse, consueuisse. Alias insuper causas attulit, quas breuitatis causa missas facio. Fuit uero antiquis mulieribus eiulandi mos, & comas genasq; lacerandi, id quod & hodie quo tibi hæc scribimus, in Sabinis & toto Latio, et supra Latiū, perseuerat: quod tamen Romanis mulieribus duodecim tabularum legibus fuerat interdictum. Verba legis hæc sunt: Mulieres genas ne radunto, mulier faciem ne carpito, mulieres lesum funeris ergo ne habento. Est autem lesum, ut Lælius & M. Cicero interpretantur, lugubris eiulatio, quam rem Sextus Aelius & L. Attilius, alioqui doctissimi, haud sanè percepérunt. Sed missis his difficultatibus, cœptum sequamur institutum: Cum digitus defuncto incidebatur, ad quem seruatum iusta fieret, reliquo corpore combusto (quod factum, teste Pompeio Festo, membrum abscidi mortuo dicebatur) mox cadauer curatū ad pyram sandapilarij & uestipollones efferebant. Quo in loco, is qui necessitudine defuncto maiore iunctus erat, aduersus rogo facem ardentem inferebat: unde & consuetudo illa mansit, uti faces & funalia funus antecedant & subsequantur. An  
tiqui

si quiores nobiles nunquam ferè soli cōburebant: apud exteras nationes dico, id quod ex poëtis in primis collegimus, Vergilio, Statio, & alijs. Sed & Homerus in Patrocli funere fatulos, equos, canēsque crematos cēcinit. Apud barbaros uero etiam uxores & seruos, ut retro planius ostendemus. Illud obseruatū est quoque, ut maioris ætatis homines ad tubam efferrentur, quod et ad hāc diem ciues Romani custodiūt: minores uero natu ad tibias. Fuit enim opinio, ut scribit Macrobius, mortuos ad sepulturā cum cantu prosequi, quoniā animæ ipſe post corporis uincula ad originem dulcedinis musicæ, id est, ad cœlum ipsum redire creditum est antiquis. Sunt qui ideo factum putent, quod anima ipsa à plerisque harmonia existimata est, quod in primis credidit Herophilus, et eum secuti. Mox ubi ustulatum cādauer fuisset, bustum dicebatur, cinerēsque & ossa cado colliebantur, amicis & cognatis circumstantibus: tum defunctus funebri laudatione à propinquo laudabatur, quod cum ex alijs scriptoribus, tum ex Suetonio præcipue & Cornelio Tacito didicimus. Perfēctis his, præfica nouissimum uerbum illud alta uoce pronūciabat, I L I C E T , quod est quasi ire licet. Tum cineres & ossa sepulchro inferebantur, ante quod aram fieri solitam, Maurus Honoratus scribit. Postquā

SC L'ESTI GRIS. GYRAUDI DE  
uero omnia completa fuerant, extremum  
male alta uoce pronunciabatur hoc pacto,  
Vale, uale, uale, nos te ordine quo natura  
permiserit sequemur. Sed meo quidem iudi-  
cio melius nullus nec elegantius omnia fes-  
tèque diximus executus est, quam suo car-  
mine Vergilius in sexto Aeneidos, cū de Mi-  
seni funere ita cecinit:

Nec minus interea Misenum in littore Teuci  
Flebant, et cineri ingrato suprema ferebant.  
Principio pinguem tedis et robore secto,  
Ingentem struxere pyram, cui frondibus atris  
Intexunt latera, et stales ante cupressos  
Constituant, decorantq; super fulgentibus armis:  
Pars calidos latices, et abena undantia flammis  
Expediunt, corpusq; lauant frigentis et ungunt.  
Fit gemitus, tum membra toro defleta reponunt,  
Purpureasq; super uestes uelamina nota  
Coniiciunt, pars ingenti subiere fit retro,  
Triste ministerium, et subiectam more parentu  
Auersi tenuere facem: congesta cremantur  
Thurea dona, dapes, fuso crateres oliuo.  
Postquam collapsi cineres, et flamma quicuit,  
Reliquias uino, et bibulam lauere fauillam,  
Ossaq; lecta tado texit Chorineus aheno:  
Idem ter socios pura circumtulit unda,

Spar

*Spargens rore leui, & rano felicis oliue,  
Lustrauitq; uiros, dixitq; nouissima uerba.  
At pius Aeneas ingenti mole sepulchrums  
Imposuit, suaq; arma uiro, remumq; tubamq;  
Monte sub aërio, qui nunc Misenum ab illo  
Dicitur, eternumq; tenet per secula nomen.*

Atq; hactenus quidē Vergilius. Sed nunc  
uideamus quandiu fas esset lugere defun-  
ctos. Scribit Plutarchus, Numam Pompi-  
lium apud Romanos pro æstatibus tempo-  
ribusque defuncti, lugendi modum statui-  
se. Puerum non lugeri trimo minorē, neque  
etiam natu grandiorē, neq; etiam plus men-  
se qui uixisset usque ad annos decem: & reli-  
qua quæ de græco exemplari castigato peten-  
da sunt, cum Latinum mendosissimum sit.  
Mulieribus quidem uiduis decem menses,  
hoc est, per annum lugere maritum fas fuit;  
tantus enim à Romulo annus institutus fu-  
rat. Vnde in Fastis poëta Ouidius,  
Per totidem menses à funere coniugis uxor

Sustinet in uidua tristia signa domo.  
cum de anno decem mestri ageret. Idem Plu-  
tarhus à Numa institutum ait, ut qua ann-  
te decem menses à mariti morte mulier nu-  
beret, prægnantem uaccam immolaret. Leo-  
guntur & in Iustiniani Augusti Codice ad-  
huc illa uerba: Si qua ex fœminis perditō  
marito, intra anni spatium alteri festinari;

*lugere*

38 LPLII GREG. GYRALDI DE  
nubere, probro noret. Scribit Anneus Sene-  
ca, annū fœminis ad lugendū maiores con-  
stituisse, nō ut tandiu legeret, sed ne diutius.  
Viris nullū legitimū tempus fuisse, quia nul-  
lum honestū. Hæc ille. Aliquos tamen in re-  
pub. uiros excellentes annuo matronarum  
luctu ornatos, legimus in historijs, ut Iuniū  
Brutū & Valeriū Publicolam. Idē ex usu no-  
stris mulieribus in mariti funere permitti.  
Sed mali adeò mores ætatē nostrā inuasere,  
ut quæ quintum decimum diem, uel uigesimū  
non expectauerint ad secundas nu-  
ptias, egoipse uiderim. Sed mores hos, lon-  
ge funere peiores, satyricis perstringendos  
mittamus. Atenim ut honestum humanū  
putamus mortuos lugere, ita Stoicos quo-  
dam inhumanos non satis probamus, qui  
maximum flendi ius in diem unum dunta-  
xat statuūt, idq; poëtę Græci testimonio cō-  
probatum uolunt, qui Nioben infelicem il-  
lam matrem post tot filiorum necem de ci-  
bo cogitasse inducit: quibus et ego alias pos-  
sem poëtas & Græcos & Latinos adducere,  
qui eam nimio lachrymarum fletu in saxum  
diriguisse cecinerūt, perpetuis quasi lachry-  
marum guttis manans. Sed nos hæc fabulo-  
sa mittamus. Ludos quoq; funebres & Græ-  
ci & Romani instituerunt, ut suprà memini-  
mus, quos incœptari tuba uel ex hoc Vergi-  
lii carmine cognoscimus: Et tuba cōmissos  
medio

in medio canit aggereludos. Qui uero ludis  
præterant, designatores uocabantur: quo no  
mine & qui funera curant nonnunquam di  
cti sunt. Funebrium autem ludorum princi  
pium à Græcis incœpisse, manifeste ostendit  
Homerus, à quo suos funebres ludos Vergi  
lius & Statius desumpsere. Ea uero funera  
quibus ludi adhibebantur, simpludearia di  
cta sunt, ut ex Ticinio antiquissimo poëta  
colligitur. Indictiua autem ea dicebantur  
quibus non modo ludi adhibebantur, sed  
& designatores, atque ideo amplissima pu  
tabantur. Dicta uero eo nomine, quod per  
præcones indicerentur, ut Festus subinnuit:  
tametsi eo loci perperam quidam induc  
tua supposuit. Lectos præterea & lectister  
nia in Romanorum exequijs deferri ac con  
strui solita à potentioribus legimus, ut in  
Marcelli pompa sexcenta, in Syllæ sex millia,  
quod pro fortunæ qualitate scribit factū Ser  
uius grammaticus. Sed & nonnūquam ima  
gines & signa in funeribus præferebantur,  
ut Lactatius seu Lutatius grammaticus ob  
seruat in Papiniana Thebaide, in miracu  
lum uidelicet spectantium. Idem etiam in  
huit Horatius cum ait, Atque imagines du  
cunt triumphales. Statius quoq; Exin ma  
gnanimum series antiqua parentū Inuehi  
tur, ut historicos hoc loco, Suetoniū et alios  
missos faciam. Solebat cum primis reges ac

90 LIBERUS. GYRARDUS  
principes urbium antiquitus, quod & no-  
stris temporibus fieri uidimus pontificib. ma-  
ximis, tumulari codicis cum gemmis alijs  
opibus. unde exit illud Satyrici Persi: Oi  
ebullet patrui præclarū funus. Tametsi pa-  
sim alio modo exponi à grāmaticis soleat.  
**Certe** ego in urbis direptione cū alia sepul-  
chra pleraq; effodi uidi, tum Iulij secundi se-  
pulchrum, ex quo inter cætera Cœfariani mi-  
lites anulum sustulerunt, in cuius pala Sap-  
phirus erat inclusus ingentis precij, quē Au-  
gustinus Triuultius Card. multis aureis re-  
demit. Vidimus præterea et arma & ocreas  
uetustis in monumentis repertas. Sed & hi-  
storiz de sepulchrīs agunt in quibus thesau-  
ri inuenti sunt. Redeo nunc ad sepulturas.  
**Erat** & earum genus illud, quam nostri ima-  
ginariam & inanem, Greki cenotaphion uo-  
cant, cū mortuo iusta absente cadauere per-  
solueretur. Cenotaphium Tranquillus Sue-  
tonius honorarium tumulum appellas ei-  
sus est, cum de Druso agit. Ceterum, inquit,  
exercitus honorarium ei tumulū excitauit,  
circa quem deinceps staturo die quotannis  
miles decurreret, Galliarumq; ciuitates pu-  
blice supplicarēt. Funus imaginariū in Pertin-  
nace Capitolinus uocat. Funus, inqt, imagi-  
nariū ei et censoriū ductū est. Legitima uero  
sepultura uocabat, cū defuncti corpus ades-  
set. Erat & aliud sepulturæ genus, quod per  
pul-

pulueris uel terræ uel glebæ injectionem cele-  
brabat, cuius Maro & Horatius, alijq[ue] me-  
minere, atq[ue] in hos in primis grāmatici. Id  
uero secundū pontificalē ritū, & circa cada-  
uer, & circa absentis corpus solennibus qui  
busdā sacrī fieri cōsueuerat, quod & M. Ca-  
cero in legib[us] affirmat, & nonnihil ego su-  
prā retuli. At si fortè defunctus domi nō ex-  
tinctus erat cui exequiē celebrād[er]e fuerāt, do-  
mum referebat, ubi dies septē seruatus, octa-  
uo incendebat, nono sepeliebat, unde & no-  
uendiales pulueres uocat Horatius. Sed &  
ludi funerales, nouendiales aliquando dicti  
sunt, & sacra ipsa nouēdalia. Quare nos no-  
stro quodā hendecasyllabo, rudes & inertes  
semper sepulturis & cadaueribus quasi uul-  
tures inhiātes, sacerdotes nouendiales, uul-  
tarios, iocose certe, si minus recte, appellauim-  
us: ita enim ad Alexandrū Rangon, no-  
tri Herculis fratrē, cum nephriti ego & re-  
num doloribus urgerer, nec orationi dicen-  
de propterea interesse possem, cecini:

At uobis male sit mali dolores,  
Bonis qui bona semper inuidetis,  
Quin urgete popas rudes inertes,  
Istos uultarios nouendiales.

Ad hēc & denicales feriæ ab antiquis cele-  
brabātur, cum hominis mortui causa fami-  
lia purgabat, ~~καὶ τὸν νεκρὸν~~ nuncupat[ur], ut pu-  
sat Sextus Pompeius, quanquā & non for-

rassis inerudite, si à denarij numero deriuem-  
tur. Post nonum enim diem quo tumulo  
cineres condebantur, decimo purgabam-  
tur. De his & Columella & Festus Pom-  
peius meminerūt. Sed & M. Tullius in libris  
de legibus, tametsi locus parum syncerè le-  
gitur, ut est locupletius obseruatum in no-  
stris annotatis. Februa quoque à Romanis  
mense Februario Diti patri celebrabantur,  
de quibus, ut alios mittam, copiose & orna-  
te agunt Ouidius Fastorum libro secundo,  
& Festus Pompeius. Videlur et hoc loco  
operæ premium tibi referre Cæsarū & Impe-  
ratorum consecrationē, quam ἀπόθεωσις Grę  
ci uocant, idq; Herodiani præcipue uerbis,  
ut sunt à Politiano in latinū conuersa. Mos  
est, inquit, Romanis consecrare Imperato-  
res, qui superstribus filijs uel successoribus  
moriuntur: quiq; sunt eo honore affecti, re-  
lati dicuntur inter diuos. Est autem tota ut-  
be quasi luctus quidam festę celebritati pro-  
miscuus: quippe functum uita corpus ritu  
hominum sumptuoso funere sepeliunt. Sed  
ceream imaginem defuncto quam similli-  
mam effingūt, eamq; in regiæ uestibulo pro-  
ponūt supra eburneum lectum maximum  
atque sublimem, uestibus instratum aureis.  
& quidem imago illa ad ægroti speciem pal-  
lida recumbit: circa lectum uero utringq; ma-  
gnam partem diei sedent, à læua quidem se-  
natus

natus omnis uestibus atris amictus, à dextra uero matronæ quas virorum aut parentum dignitas honorabiles clarasque reddit. Harum nulla uel aurum gestans, uel monili bus ornata cōspicitur, sed uestibus albis ex libus induitæ, mōrentium speciem pr̄bent. Hæc itaque per septem dies continuos faciunt, medicis ad lectum quotidie accedenti bus, inspectumq; uelut ægrū, deterius se habere subinde pronūciantibus. dein ubi iam uisus obiūstè diem, lectum humeris attollūt equēstris senatorijsq; ordinis nobilissimi ac lectissimi iuuenes, ac per viam sacram in uestus forum deferunt, ubi magistratus Romani deponere imperiū consueuerunt. Vtrinq; autem gradus quidam sunt ad scalarum similitudinē extucti, in quibus altera ex parte puerorum chorus est, è nobilissimis atq; patritijs, altera fœminarum illustrium hymnos in defunctum pæanasq; canentium, uerendo ac lamentabili carmine emodulatos: quibus peractis, tollunt iterum lectum, atq; extra urbem perforunt in Martium campū, ubi quam latissime campus patet. Suggestus quidam specie quadrangula lateribus equis assurgit, nulla præterquam lignorum ingenium materia compactus in tabernaculi formam: id quidem interius totum est aridis formatibus oppletum, extra autem intextis auro stragulis atque eboreis signis, uarijsq; pi

C

Eturis exornatum: infrà uero alterū minus  
 quidem positum est, sed forma et ornātu per  
 simile, portis ianuisq; patentibus: tertium i-  
 tem et quartū semper superiore cōtractius,  
 ac deinceps alia, donec ad extremum, quod  
 est omnium breuissimum, perueniatur. Pos-  
 sis eius ædificij formam comparare turri-  
 bus ijs que portibus imminētes, noctu igne  
 prælato naues in tutas stationes dirigunt,  
 pharos uulgo appellat. Igit lecto in secūdum  
 tabernaculum sublato, aromata et suffimēta  
 omnis generis, fructus, herbas, succosque  
 omnes odoratos cōquirunt, atq; aceruatim  
 effundūt: quippe neq; gens est, neq; ciuitas,  
 neq; qui honore ullo aut dignitate p̄cellat,  
 quin certatim pro se quisq; suprema illa mu-  
 nera principis honori deferat. Vbi uero in-  
 gens aromatum aceruuus aggestus est, ac lo-  
 cus omnis expletus, tum circa edificiū illud  
 adequitant uniuersi equestris ordinis certa  
 quadam lege, ac recursu motuq; pyrrhichi-  
 co numeroq; in orbē decurrētes. Currus itē  
 circūagunt, infessi purpuratis rectoribus,  
 qui personas ferant dueū omniū Romano-  
 rum, principūq; illustriū: quæ ubi celebrata  
 sunt, facem capit Imperij successor, eamq; ta-  
 bernaculo admouet, tum cæteri omnes un-  
 diq; ignē subiisciūt, cunctaç illico fomitibus  
 illis aridis odoramentisq; referta igne uali-  
 do corripiūt, mox ab extremo minimoq;  
 taber-

tabernaculo tanquam fastigio quodā simul  
cū subiecto igni aquila dimitit, quę in cœlū  
credit ipsam principis animā deferrē: ac iam  
ex illo unā cū ceteris numinibus Imperator  
colitur. Atq; hęc ita quidem ex uerbis Hero-  
diani. Illud uero hoc loco tibi animaduer-  
tendum, quod tabernaculū illud extremum  
recte fastigiū nūcupatū est: nam & hoc a-  
pud autores, & in nomismatis quibusdā se  
obseruasse ait uir antiquitatū studiosus, ami-  
cuis meus. Et quidē est penes me argenteum  
nomisma dono mihi datū à B. Diuitio Bibi  
ennate, D. Marię in porticu Card. in quo in  
sculptū eiusmodi est tabernaculū cum inscri-  
ptione, C O N S E C R A T I O . Post hāc autē apo-  
theosin sacerdotes et sodales, ipfis in diuorū  
numerū relatis Cæsarib. de ipsorū nominib.  
nūcupatos attribuebāt, de quibus crebra est  
mētio apud scriptores. Alijs longe diuersa à  
Christianisfiūt, cū à Romano pōtifice maxī-  
mo, in diuorū sanctorūq; numero quispiā re-  
fertur. Nuper à Leone x. pont. max. magna  
celebritate & religione, ceremonijsq; omnis  
generis cum in maiorum & minorū pontifi-  
cum, tum cæterorū promiscua hominū fre-  
quentia celebrari cōspexi, cum in diuorum  
numerum D. Franciscum Paludem, uitum  
in signi pietate ac religione, retulit. Idē post  
ea iterum conspexi, Adriano vi. pont. max.  
in ordinem diuorum Antoninum Floren-

tinum præfulem, & Beronem Germanū re-  
ferente. Sed de his iam satis. Nūc Romanis  
funeribus Aegyptiorum iure subiunxerim,  
ut post rerum dominos, uetusissimæ gen-  
tis instituta subtexam: atque in primis de eo  
rum regum sepultura agam, quæ multo ap-  
paratu celebrabatur, ut Diodorus scribit.  
**Cum enim, inquit, regum Aegyptiorum ali-**  
quis ē uita decessit, illum omnes communi-  
luctu descent, uestes discindunt, templa clau-  
duntur, iustitium indicitur, festiuitates non  
celebrantur, luto caput foedant, totos duos  
& septuaginta dies linteo ac sindone subtus  
mammas cinguntur, c.c. aut c.c.c: permixti  
sexus bis interdiu urbem lustrant, luctu le-  
sumq; no uantes, regisq; uirtutes ad nume-  
ros commemorant: cibis coctis, uino, omni-  
denique mensē apparatu abstinent, nō lau-  
cris, non balneis, non unguentis, non stra-  
gulatis lectis, nec uenere deniq; utuntur: sed  
per eos continuos dies mœrore & luctu affi-  
ciuntur. Interea quæ ad pompam faciunt,  
compārant. Postremo uero die cadauer in  
arca repositum, ante sepulchri aditum collo-  
cant, libellumq; de rebus à rege gestis breue  
recitant, tum si qui sunt qui uelint, regem ui-  
tuperant. His autē omnibus præsentes sunt  
sacerdotes, qui singula censem: adest & po-  
pulus, qui regum laudibus applaudit, uitij  
reclamat. **Quare factum est, ut Aegyptiorū**  
**regum**

regum aliqui indigni existimati sint ut sepul-  
turæ honore honestarentur. Atque ita qui-  
dem Aegyptiorum regum exequiæ celebra-  
bantur. Priuatorū uero & popularium sic.  
Cum quispiam fato functus est, propinquī  
& amici luto caput deturpāt, ciuitatēmque  
deflentes circumneunt, interim neque lauan-  
tur, nec nisi uile quippiam edūt bibuntque,  
neque splendidis utuntur uestibus. Sepul-  
chrorum apud ipsos tria habentur gene-  
ra, sumptuosum, mediocre, humile. In pri-  
mo argenti talentum, in altero minas xx.  
in ultimo quid minimum exponunt. Qui  
funera curant, eorum impēsam domesticis  
afferunt, petentes quanti uelint funus appa-  
rari, atque ita inter se componunt. Primus  
igitur designator, quem Grammaticum il-  
li appellant, humi cadauere deposito, circa  
illius ilia describit quantum à sinistra parte  
incidentum sit: dein qui scindit, lapide Ae-  
thiopico, quantum lateris designatum est à  
Grammatico, aperit, statimq; currens pro-  
fugit, quem tum astantes lapidibus & ex-  
ecrationibus inseguuntur: mox qui saltores  
nuncupāt, cadauer in templo delatū, per,  
quæ facta est, scissuram expurgāt, omnibus  
eductis intestinis & interaneis, prēter cor et  
renes, quæ ab alio quopiam uino phœniceo  
lauantur, odoramentisq; linuntur, mox re-  
liquum corpus cedro unguentisq; dies am-

58. LILI GREG. GYRALDI BE  
plius triginta perungunt ī quibus hæc ca-  
ra est, myrrhaç ac cinnamomo, alijsç re-  
bus odoriferis perlinunt, quibus rebus ca-  
dauera à corruptione conseruātur. Vbi de-  
gnatores ita corpus curarunt, ut integrū cū  
supercilijs, palpebris, cæterisç membris in  
dormiētis modum quiescere uideatur, tum  
illud ipsius cognatis tradūt. Multi uero Ae-  
gyptiorum, maiorum suorū corpora domi  
multo sumptu sic expurgata cōdiunt, & eo-  
rum etiā imaginibus ualde oblectantur. Alij  
autem antequam sepulturæ mandent, cum  
iudicibus ad hanc rem destinatis diem indi-  
cunt exequiarū. Mortuū enim Acherusiam  
paludem, quā & Styga quidam nuncupāt,  
transfūrum existimant, quam prope Mem-  
phim esse autores prodiderūt. Hanc rem ex  
Seneca aliter Seruius recitat: ait enim circa  
Syenem locum esse, quē Aegyptij phylas no-  
cant, apud quem palus est Styx, quod tristis-  
tiā transfeuntibus gignat, limosa & papy-  
ris referta: ultra quam breuis est insula quā  
Abatos appellata est, quod sit inaccessa, cu-  
ius & poëta Lucan. meminit: *Hic Abatos*  
quam nostra uocat ueneranda uetustas. Le-  
tum est etiam quod uicini populi suorum  
cadauera ad alteram regionem transferūt.  
Sed si quis forte in fluvio pereat, nec eius cor-  
pus inueniat, post centū annos ei persoluun-  
tur officia: atq; hiñ illud propterea dictum  
est

Est à Vergilio: Centū errant annos. Trāsmis-  
fa uero palude, adstant iudices amplius qua  
draginta in hemicyclo preparato, trahitur  
nauis, quæ ab illis *Bápi*, dicta est, à Græcis  
inīcēbat, ad hoc opus ab illis comparata, qui  
bus ea cura imminet. Eam uero nauim, nau-  
ta qui ab ipsis Charon nūcupat, regere dici-  
tur, cui pro nauo danacen soluere cōsueve-  
rūt (id oboli seu pecunię genus est, à danais,  
hoc est, uita functis, uel quod *Aéra* arida di-  
euntur, appellatum, adeò ut inde prouerbiū  
emanarit, Danace, quod dicitur de ultimis  
bonis, alijs uel cōsumptis uel amissis.) Sane  
Græci scriptores Melittutan massam quam-  
piam melie conditam seu offam esse tradūt,  
quæ cū danace uel obolo uita functis dabaε  
in portitoris mercedē. alijs tamen offam Cer-  
bero offerri prodidere. Sed ad Aegyptiorū  
instituta redeo, quæ primum ab Orpheo, &  
mox à Vergilio, de Charonte & inferis tra-  
dita sunt, id quod & ante me antiqui Gram-  
matici obseruauere. Igitur ultra ripā ante-  
quam in arcā corpus cōdatur, deducta in  
palude nauī, uolenti cuicūq; mortuum ac-  
cusare conceditur. Si quis ab iudicibus fue-  
rit, ut malus, reprobatus, sepultura caret: &  
qui itidem iniuste damnasse cōuincitur, gra-  
ui pœna punitur. Post hæc cognati compo-  
sto luctu & lachrymis demortui hominis  
laudes recensent, non eo utique modo quo

Græci & Latini consueuerunt, qui genus, familiam, opesq; celebrant; sed defuncti ipsius à pueritia facta, mores, doctrinam, iustitiam, continentiam, pietatem, religionem, ceterasq; uirtutes perstringunt, deosq; maneis inuocant, precanturq; ut inter pios illum resonant. quibus tota adstantiū concio leta quadam uoce respondet. Tum demum cadauer à domesticis & familiaribus sepelitur in proprijs sepulchris. Sed quibus ea defunt, domi apud firmiorem parietem arca suspēditur. Qui uero ob aliquam ignominiæ causam se pulitura priuātur, domi quidem sine arca seruantur: quorum si ignominia & delicta posteri eluēt, magnifice, ut alij, tumulātur. Fuit & illa apud Aegyptios consuetudo, ut creditoribus in pignus darent parentum corpora, quæ qui nō redemisset, perpetua infamie nota inurebatur. Lucianus tamen & Sextus Empericus hoc tantum de Aegyptiorū sepulturis tradūt, eos intestina educere, dein corpora salire. Chrysippus & Ciceron condire & domi seruare. Plutarchus in Symposio, cadauera aperire, apricoq; aliquo loco soli exponere, intestina in flumen iacere, reliquū purgatū corpus asservare. Strabo uero, ab alijs quidem cadauera in flumen præcipitari, ab alijs uero uitro circundata domi seruari, ab alijs in uasis fictilibus, alueolisq; qui busdam circum templo defodi & condi. Herodo,

rodotus, & Herodotum secuti, scribunt in  
huc propè modum: Vbi uita functus homo  
est, ferro incurvo inflexoq; ad hoc parato ce-  
rebrum per nares mortuo educi, locum me-  
dicamentis expleri, intestinisq; purgari, et la-  
pide, ut diximus, Aethiopico ilia discindi,  
odoramentis cōpleri, mox consuto ilij uul-  
nere, nitro saliri, lxx.dies, quod ultra non  
liceret, lugeri (quare Moses cum de Iacobī  
morte agit, qui in Aegypto decessit, illū, ait,  
Iosephi filij iussu ibi tum præpotentis, more  
Aegyptio quadraginta diebus conditū, de-  
fletūq; septuaginta fuisse) inde cadauer lin-  
teamine inuolutum, gummiq; illitum, in li-  
gneam hominis effigiē ad hoc paratā com-  
poni. Alt erum dehinc subdit idem Herodo-  
tus mediocrium sepulturę genus, tum et ter-  
tium, sed quæ nihil fere differant, nisi sum-  
ptu, ut etiam ante diximus. Demū uero sub-  
dit: Vxores tamen insignium uirorum non  
statim uita functas tradunt condiendas, ac  
ne eas quidem foeminas quæ conspicuæ ual-  
de & maioris momenti fuere, sed triduo atq;  
quatriduo exanimes custodiunt, ea scilicet  
causa, ne cum ipsis mortuis salinarij concū-  
bant. Quippe aliquando aiunt quendam ex  
ipsis coēuntem cum recenti formosæ mulie-  
ris cadauere deprehēsum, remq; à socio in-  
dicatam. Id quoque obseruant Aegyptij, ut  
cum quis Aegyptius uel hospes compertus

42 LILIUS GRIG. GYRALDI DE  
sit mortuus, siue flumine summersus, siue à  
crocodilo raptus, ei ciuitati ubi repertus, ut  
ad quam deiectus sit, necessarium esse illum  
cōdire, et honestissimo funere in sacris mo-  
numētis sepelire, quæ nulli, nisi Nili sacerdo-  
tibus, fas sit attingere: eos enim supra homi-  
nes nescio quid existimant. Cur uero Aegy-  
ptij, ut pleriq; omnes, suorum cadauera nō  
cremarent, hāc Herodotus rationem affert:  
Aegyptij, inquit, persuasūm habent ignem  
animaram quandam esse belluam, que, que-  
cunque namciscitur, deuorat atque conju-  
mit: at cum est expleta, ipsam et que ab ea uo-  
rata sunt, unā emori: & propterea nec cre-  
mare, nec belluis offerre corpora, ut aliæ ple-  
ræque nationes, Aegyptij statuerunt, sed ea  
condire ac salire ne etiam à uermibus consu-  
mi possent. Atque haec tenus de Aegyptio-  
rum funeribus dictum. Eundem ritum  
ab Assyrīs seruari quidam tradunt: uerum  
illi potius cęra & melle mortuos condijunt,  
asseruantq; conditos. Reges suos in paludi-  
bus relinquunt. Sed & quæ Scytharum &  
Gerrhorum præcipue instituta legimus, hoc  
adscribamus loco, atq; regū in primis, quo-  
rum ab alijs est diuersus sepeliendi modus.  
Nanque, ut Herodotus scribit, rex ubi de-  
cessit, ingentem & quadratam scrobem ef-  
fodiunt, dein regis corpus exenterant, cæ-  
rāque illud undique circunliqunt, aluum  
optime

optime expurgant, & silere cōtrito, thymia-  
mate, apij semine, & anisi complent, resu-  
tumq̄ cadauer ad alias gentes plaustro de-  
ferunt, quod illę excipientes aurem recidūt,  
crinem circumtendent, brachia circunci-  
dunt, frontem nasumq̄ sauciāt, manum si-  
nistrā sagittis traiciunt, postmodū cadauer  
ad aliam rursus gentem cui imperitent car-  
pento deuehunt, atq̄ inde referunt eō unde  
prius discesserant, omnibus regem comitan-  
tibus ad id destinatis. Simulac uero lustratæ  
sunt omnes nationes quibus rex uiuens im-  
perabat, apud illas quę in extremis habitant  
reponunt, cadauerq̄ super torum in loculo  
componentes, hastas hinc et hinc defigunt,  
& desuper ligna disponunt, & pallio con-  
tegunt. In altera uero loculi parte aliquam  
ex regijs concubinīs iugulatam sepeliunt,  
atque unā pocillatorem, coquum, equiso-  
nem ministrum, & qui regis erat à nuncis,  
equosque, & aliarum rerum omnium pri-  
mitias, cum ihs etiam phialas aureas, aliaq̄  
huiuscemodi. Hanc tamen Seruius Gram-  
maticus Indorū esse consuetudinē existima-  
uit. His autem quæ iam retulimus, circa re-  
gis inferias expeditis, humum certatim o-  
mnes iniiciunt, quam maximum tumulum  
struere parantes. At ubi annum exactum  
est spatium, itidem rursus agunt, quinqua-  
gintaque ex seruis ingenuis strangulatos.

44 LILII GREG. GYRALDI DE  
mactant, totidemq; equos, quos eductis in-  
testinis palea replēt, eosq; tum quinquagin-  
taiuuenes tum equos tignis trañcientes, di-  
rūm spectaculum sepulchro regio circum-  
ponunt. Atque hę qu:dem Scytharum regū  
inferiæ. Priuatorum uero & reliquorum ad  
hunc modum fieri solent. Defunctorū cor-  
pora condunt, eaq; plaustris imposita pro-  
ximi ad amicos circūferunt: qui cadauer su-  
scipientes, epulū ijs qui illud sequūtur exhib-  
tent: & in hunc modū quadraginta diebus  
priuatorum hominū comitatus circum-  
gitur, posthæc humatur, si prius ramen ca-  
dauer hoc modo expurgauerint. Caput ce-  
rebro euacuāt, abluuntq; circa corpus tria  
ligna statunt hanc inde procumbentia: cir-  
cum hæclanea pilea obtendunt quam-  
xime possunt constipantes, & in scaphā in-  
ter ligna pileaq; positam, lapides igne can-  
dentes iniiciūt, super quos semen cannabis,  
quæ apud illos preciosissima nascitur, impo-  
nunt, unde uapor exhalat omni Græcorum  
suffimento odoratior: quo stupentes odore  
Scythæ eiulant flentq;, id quod est apud eos  
lauacri loco. Neque enim corpora lauant,  
sed eorum uxores aquam infundentes, cu-  
presso, cedro, aut thuris ligno, ad scabru ali-  
quod saxum corpus atterunt, mox cum in-  
tumuerit, illud medicamentis quibusdā per-  
linūt, & simul faciem, quæ postero die, amo-  
tis

tis medicamentis, conspicua splendidaq; ap-  
paret. Alios esse Scythes legimus, qui  
inter epulas defunctorū corpora deuorāt,  
quod Lucianus & Tertullianus scribūt. Sed  
quoniam amplissima latissimaq; est Scytha-  
rum regio, sunt ex ijs aliqui, quibus fere per-  
petuae sunt niues, qui parētum cadauera in-  
ter niues ipsas & glaciem truncis affixa ar-  
borum suspendunt, arbitrati flagitium et sce-  
lus esse ea terræ mandare. Sribit Stobæus,  
Tauros gentem Scythicā, qui & Taurici di-  
cti sunt, cum regibus extinctis gratissimos  
eorum amicos sepelire. Si uero amicus ali-  
quis regi interierit, pro illius merito regem,  
aut totam, aut partē auris abscindere. Apud  
eundem Stobæum legimus, Sindos id mo-  
ris habuisse, ut tot pisces in sepulchrū conij-  
cerent, quot hostes qui sepeliretur interfecis-  
se constaret. Aethiopas diuersos esse, auto-  
res qui de orbis situ scripserunt, manifeste  
ostendunt. Atlanticos tamē in Africā in pri-  
mis celebratos inuenio, quorum sepeliendi  
instituta Scythicis subiungeret non ab ordi-  
ne alienum mihi uisum est, si prius tamen de  
regum morte in mediū attulero. Sribit Dio-  
dorus, sacerdotes qui circa Meroēn insulā  
deorum cultui assistentes inseruiunt, maxi-  
mam præcipuamq; autoritatem habere, e-  
amq; in primis, ut cum opportunum eis ui-  
sum sit & expedire, regibus significare ut

46 LILII GREG. GYRALDI DE  
sponte mortem oppetant, quibus dicto aucto-  
dientes reges, nullatenus abnuētes, uolun-  
tario eam subeunt: aliquosq; apud illos esse;  
qui cum rege libenter occumbant. Nec de-  
esse, qui si fortè rex aliqua sui corporis par-  
te debilis sit, ut regem imitentur, ea se parte  
mutilant, priuantq;: adeò uerum est quod à  
lerido poëta canitur, Mobile mutatur sem-  
per cum principe uulgas. quod & à philoso-  
pho multò ante scriptum fuerat. Priuato-  
rum uero Aethiopum, quemadmodum di-  
uersam eorum regionem, ita uaria quoque  
sepeliendi institutio. Alij quidem defunctos  
in fluminibus abiiciunt, id elementum opti-  
num sepulchrum arbitrantes. Sextus qui-  
dem Empericus hos Ichthyophagos nun-  
cupatos ait, hoc est, ut quidam uerterunt,  
Piscedulos: idque ea ratione ab ipsis fie-  
ri prodit, ut à piscibus cadauera uorentur,  
quod piscibus iij uitent. Alij sunt Aethi-  
opes, qui uitreis uasis conclusos mortuos  
suos conseruant, ut nepotibus & posteris  
eorum sint notæ effigies, & idecirco eorum  
sæpe sint memores. Herodotus tamen rem  
ita explicat: Posteaquam, inquit, Aethiopes;  
qui Macrobi j uocantur, mortuum arefeca-  
runt, totum gypso inducunt, picturaque  
exornant, & eius quoad fieri potest effigi-  
em repræsentant: dein sepulchrum ei è uitro  
quod

quod apud illos abundat & passim effodiatur, circundant, in cuius medio defunctus interlucet, nihilque fœditatis, uel tetri odoris exhibet, sed omnia penè uiuo assimilis. Sepulchrum hoc ipsum propinqui per annum intra ædes seruant, omniumque illi rerum primitias offerunt: anno uero exacto efferunt, extraque urbem statuunt. At eosum aliij fictilibus urnis cōdientes, circatē plorum septa sepeliūt, & per hoc maxithum habent iusurandum. Quidam & Satis hoc attribuunt, uti retro diximus.

In dorū quoque multiplex uariaq; sepeliendi consuetudo. Quidam parentes priusquam annis aut morbo aliquo in maciem seniūmque eant, uelut deorum hostias manētant, cęsorūmque uisceribus epulari fas & maxime piūm est: at ubi senectus aut morbus incessit, procul à cæteris abeunt, mortemque in solitudine nihil anxij solicitiue expectant. His prudentiores, quibus sapientiæ studium contingit, mortis tempus non expectant, sed semet ignibus ingerēdo, eam læti ac hilares accersunt. Scribit Egesip pus, eos primum protestari quod discedere uelint, nec ideo ullum obstrepere. Deinde ubi apparatus mortis processit, eos lætos in silire ardenter pyram, & adstantibus ualedicere: dolere quidem mulieres quasi sub-

sidio destitutas, & paruulos liberos quod derelinquātur. Alios uero cæteros benedice re, nec inuidere quod meliores ipsi ad splēdi dioraloca, & ad puriora consortia festinēt. Hoc idem & suo carmine Lucanus testatur: **Quique suas struxere pyras, uiuiq; calentes Conscendere rogos.** Hunc, insuper & aliū alias nationes moriendi morē habere legimus, ut dicemus. Padæos gentem Indicam, scribit Herodotus, ægrotantes interimere, ac epulari, muliercsque mulieribus idem officij præstare, etiam si se negent ægrotare: qua causa, inquit, pauci apud eos ad senectutem peruenire dicūtur: & si perueniant, mactati itidem comedūtur. Plinius apud Indos linum gigni prodit, quod Latini uiuū, Græci asbestos ex argumento naturæ uocant, quod ignibus non absimitur. Ex eo saetas Plinius se uidisse mappas ait, & ego ab alijs hoc tēpore audiui. ex eo funebres confici solebāt tunicæ, quæ regū fauillam corporis cremati ab reliquo separarēt cinere. Maurus uero Honoratus in commentarijs Vergilianis Indorum consuetudinē scribit fuisse, ut quoties eorum reges moriantur, cum his dilecti equi, serui, & una de uxoribus quæ regi charior fuisset, incenderetur: inter quas de hac ipsa re magna erat cōtentio. Solinus, alijs nōnulli, nō modo regum uxores hoc facere, sed & priuatorum prodiderunt.

runt. Solini uerba adscribam. Apud Indos, inquit, quibus ad uiuēdi rationem propensior cura est, multæ uxores in eiusdem uiri coēunt matrimonium: & cum maritus homo esse desierit, apud grauiissimos iudices suam quæc de meritis agunt causam: & quæ officiosior cæteris sententia uicerit iudicantum, hoc palmæ refert præmium, ut arbitrus suo ascendat rogum coniugis, & umbris eius semetipsam det inferias: cæteræ nota uiuant. Lucianus uero Indos μύλο, hoc est, medulla circunlini. Alij Indis qui Macrobij cognominati sunt, hoc ipsum attribuūt. In uulgatis Luciani codicibus male, ut pu-  
sto, μύλο pro μύλῳ legitur. Diuersa ab his Sextus Pyrrhonius. Indorum enim, ait, ali qui uulturibus cadauera lacinanda expnunt. Aliqui Taxilis hoc attribuunt, ut Hieronymus scribit, & ante Hieronymum Ari stobulus, ut est apud Strabonem, qui Taxilā urbem locupletissimam & insignem Indiae scribit: quin eius regē Taxilum, quod recte se erga Alexandrum gesserat, ab eo honoribus, ad inuidiam reliquorum, accumulatū. Alij hoc quod diximus de uulturibus, Iberas factitasse prodiderunt. Sed mirum hoc, cum Procopius hac solum causa à Persis bello prouocatos scribat, quod Christianorū ritu defunctorum corpora sepelirent: uerū hoc potuit diuersis temporibus contigisse.

d

Indicam insuper gentem Calaciæ scribit Herodotus, quæ parentibus uescatur: unde, inquit, interrogatos à Dario quantum pecuniarum peterent ut patres igne crearent, illos respondisse, iube rex meliora omniari. Sunt & apud Indos sapiëtes Brachmanæ, qui mirabiliter mortem contemnunt, quod cum ab alijs, tum à Strabone traditur, sc̄q; ad eius contemptum mire exercebant. Idem Megasthenes prodidit. Notissima est de Calano historia, qui se ultro incendio obtulit, cū iam mori decreuisset. Nicolaus Damascenus & philosophus & historicus, scribit à se uisum Zarmanochegas Indum, qui satis fortunatus Athenis se cremauit, quod abunde uixisset: in cuius tumulo ita inscriptū fuit, Ζαρμανοχήγας ἵνδος ἀπὸ Βάργοι  
δόντος κατὰ τὴν περίπατον ἡθῶν ἰδεῖν, ιαυτὸν ἀποθανότους εἴησι.  
hoc est, Zarmanochegas Indus ex Bargo, iuxta patrios Indorum mores seipsum immortalem faciens hic iacet. Atque de Indis hucusq;. Iam uero Græcorum sepelendi morem afferamus, quos Lucianus ait cadauera combussisse, quod & manifestius ex poëtis colligimus, atq; in primis Homero, qui in Patrocli funere rem clarissime executus est: in cæteris ea ferè quæ nostri. Cæterū qui pro patria occubuerint, longe honestiore exequiarum honore afficiebant, quā rem luculentissime describit Thucydides, & propter ea

pterea eius fermè uerbis hic tibi adscribant.  
 Facto, inquit, triduo ante exequiarū diem  
 tabernaculo, mortuorum ossa proponeban-  
 tur, & suorum quisq; reliquijs, si quid libui-  
 set imponebat. cum efferebātur, singularum  
 tribuū singulas arcas, suæ cuiusq; tribus ossa  
 continētes, uehiculo deportabāt. Vnus pre-  
 terea torus inanis cōstratus simul defereba-  
 tur, eorum quorū ossa nō extarent, uel inter  
 cæsorum corpora reperti non fuissent. Edo-  
 cebant uero funus uoluntarij quique pro-  
 miscuò uel ciues uel hospites, cū interea fœ-  
 minæ aliquā defunctis necessitudine cōiun-  
 et; lachrymātes deslerent: ossa sepulchro pu-  
 blico composita inferebantur, quod Athle-  
 nis quidem iuxta Callisti monumētum fue-  
 rat in suburbanis, quo in loco semper qui  
 in pugna occiderant sepeiri cōsuevere, præ-  
 ter eos qui in Marathone occiderant, quo-  
 rum singularem fuisse uirtutem existiman-  
 tes, eodem in loco monumentum erexe-  
 runt: postea uero quam sepulture traditi o-  
 mnes fuissent, uir eloquentia præstas ex nu-  
 mero feligebatur, qui in defunctorum lau-  
 des luculentam haberet orationem. Ex-  
 tant ad hunc diem orationes elegantissimæ  
 hac de re, Lysiæ, Demosthenis, & Periclis,  
 seu Thucydidis, quas nunc me uidisse re-  
 cordor. Athenienses quidem adeò sepultu-  
 ræ eorum qui in bello occubuerint curam

d a

52 LILII GREG. GYRALDI DE  
habuere, ut si quis ducum bello peremptos  
sepulchro honestare neglexisset, capitis poe-  
na puniretur. quare et summos duces, quia  
casos nauali pugna in mare deiecerant, gra-  
ui supplicio affecere. Quin & cum occisorū  
pro patria cadauera minus assequi possent,  
dispersa eorum osia & dissipata, diligenter  
exquirere & humo mandare curæ fuit, cæte-  
ráque facere quæ superius modo com-  
memorauimus. Vnde de Nicia egregio Atheni-  
ensium imperatore traditur, quod omnem  
exercitum subsistere iussit, ut duos tantū per-  
emptos milites sepulturæ mādaret. Cimon  
quoḡ Miltiadis filius se captiuum exhibere  
non dubitauit, ut pater sepulturæ tradere-  
tur. Sed hēc publica. Priuatum uero morem  
fuisse tradit M. Tullius Atheniensibus à Ce-  
crope institutū, hoc est, terra humādi: quod  
cum proximi fecerant, obductaç̄ terra erat,  
frugibus qbserebat, ut sinus et gremiū quasi  
matris mortuo tribueretur, solū autē frugi-  
bus expiatū, ut uiuis redderet. Verum cū a-  
pud eos increbuisset funerū ac sepulchroru-  
magnificētia usq; ad luxū, Demetrius Phale-  
reus eam minuit lege, et ante lucē uoluit ca-  
dauera efferrī, sepulchrisq; nouis modū fini-  
uit. Nam super terrę tumulū noluit quid sta-  
tui, nisi columellā tribus cubitis nō altiore,  
aut labellū: quin & certū his magistratū præ-  
fecit. Illud præterea in humādis defūctis ab  
Athe-

Atheniensibus obseruatū, ut orientem uersus cadauera uertere solerēt, contrā uero ad occidentē Megarēses & Phœnices. Nec parua incuria omiserim Lacedæmoniorum regum funera, quæ à parcissima licet ciuitate, multo tamē & magnifico apparatu celebra ri solebant, id quod in primis ostēdit Herodotus. Nam equites, inquit, per uniuersam Laconum regionem regis interitū pronunciabant, fœminę per urbem ollas pulsitabāt. Interea dum hæc sic fierent, ex singulis domibus mas & fœmina sese præluctu & lachrymis fœdabāt: quod si facere renuisserint, grauibus pœnis mulctabantur. Regijs exequijs ex omni Lacedæmoniorū regione necessarios quoq; et uicinos adesse oportebat, qui simulac ad regis funus cōiuncti conuenissent, promiscuo sibi uicissim frontes pulsabāt cum gemitu ac ululatu, optimū quenq; ultimum fuisse regem uociferantes. Si quis uero eorum bello perīstet, eius simulachru effingebant, toroq; splendide ac magnifice strato componebant, perq; decem dies continuos qui regio funeri dicabātur, iustitium indicebatur, & filebant fora, nec interim magistratum confessus ullus erat, uerum assidue luctus. Atque hę Spartiarum regum inferiæ. Ciuiles uero exequias Lycurgū ita instituisse accepimus, ut nihil cum mortuo sepeliretur, puniceo tantum amictu uelatū,

d 3

& oleæ fronde, cadauer terræ obduceretur. Eiusdē quoq; lege sanctum, ut in urbe & se-  
cus deorum tempa sepulchra construeren-  
tur, ut Plutarchus docet, à quibus, ut dixi-  
mus, Christiani ipsi nostrum institutū sum-  
psisse uideri possumus. Lugendi uero tem-  
pus ad undecimū diem eis præfinitum fuit,  
duodecimo Cereri rem sacram faciebat, lu-  
gumq; soluebant. Argui ex Græcis om-  
nibus, in funeribus albis uestibus, ablutis a-  
qua, teste Socrate, soli induebant, in quibus  
& sacrum illud erat quod ἡρμηνεία illi uoca-  
bant, in quo & carnes coctas exhibebant,  
ut Plutarchus refert. Persæ cæra circu-  
litos mortuos condire solitos, scribit M. Ci-  
cero, ut quāmaxime corpora diurna per-  
manerent. Hoc & Assyrijs, ut paulò antedicti-  
imus, attribuitur, Strabo etiā, Sola, inquit,  
sepeliunt corpora Persæ cæra oblinētes, ma-  
gos uero insepultos auibus edendos dimit-  
tunt. D. Hieronymus Persas ait non prius  
cadauera humare, quam aut ab alite, aut à  
cane traherentur. Idem & Procopius. Idem  
& Agathius in secūdo historiarum, cum de  
sepulta ageret Mermeroes Persarū regis  
uiri strenuissimi, Tunc, inquit, in destinatū  
locum solū nudumq; cadauer regis mortui  
reliquerūt, canibus simul & auibus eiusmo-  
diq; ceteris carnioris obsecnisiq; animan-  
tibus uorandū : quādoquidem, inquit, hūc  
Persæ

Persæ seruant sepeliendi ritum, ut nudata & canibus et feris ossa, per campos dispersa manent: neque enim aut urna condere, aut terra obruere defunctorū corpora fas est Persis. Hęc fermē ille. Lucianus tamen Persas sepeliri tradit. Quod autē Persæ suorū cadauera non cremarēt ut Græci, in promptu causa est, quod deum ipsi ignem arbitrātur, eumq; colunt, & propterea nefas illis uideat deum hominū cadauera depasci. At uero Curtius in lugubri ueste Persarū coniuges & liberos in funere tonderi prodidit. non homines modo, sed & iumenta quoq; testis est Herodotus in ultimo, cū de nece agit Mafistij, uiri apud Persas spectatissimi. Suetonius etiam Trāquillus cū Germanici interitū describit, Quin & barbaros, ait, quosdā regulos ferunt barbam posuisse, & uxorū capita rafisse, ad indicium maximi luctus. Sed postquā incidimus in tonsurę mentionem, scribit Plutarchus Gr̄ecos, si quid eis aduersi accidisset, uiros capillos aluisse, forminas totōdisse, ut super quod meminimus. Scribit Herodotus Argiuos capita totōdisse cū superati à Lace demonijs fuissent in agri Thyrei cōtentione, ac si in maximo luctu cōstituti fuissent: unde, ait, legē tulerunt ne quis comā aleret, donec Thyreas recuperassent. Stobēus ex Nicolao Damasceno philosopho & historico apud Gr̄ecos doctiss. morē recitat fuisse, qđ si qd

56 LILII GREG. GYRALDI DE  
apud Indos maximum aliquod peccatum ad-  
misisset, à rege tonderi iubebatur, tanquam  
apud eam gentem tonderi maxima sit igno-  
minia ac dedecus. Sed de capillorum tonsu-  
ra si minus fortè accurate, copiose tamē scri-  
psimus super illud Mosis, Nō in rotundum  
caput attondebitis: quare iam nunc in uiam  
redeo. Scribit Sextus Empericus, Persarum  
morē esse uita functos in cruce tollere, nitro  
salire, & postmodum corio contegere. Per-  
sarum Magos ac sapiētes scribit Cicero suo-  
rum corpora nō humare, nisi sint antea à fe-  
ris laniata. Parthi eadem fermē quæ Persæ  
instituta seruauere, hoc est, defunctorum ca-  
dauera canibus auibusq; lanianda propo-  
nere, nudaq; post ossa terræ condere. Hyperborei ad Arcton morē hunc custodiunt:  
Mors illis, inquit Plinius, nō nisi satietate ui-  
tæ, epulatis delibutisq; senibus luxu, ex qua-  
dam rupe in mare salientium. hoc genus se-  
pulturæ beatissimum. Eadem scribit Mela  
Pomponius: Hæc lex in Co insula ad Helle-  
spontū posita fuisse proditur, ut sexagenarij  
aconito uitam finire cogeretur, ne uidelicet  
desides fortium uirorū cibaria absumerent.  
Troglodytarū sepulchra fuistē penē ridi-  
cula uideri possunt. Nam ut est à Diodoro  
proditum, paliuri ramusculis corpus obli-  
gabant, ceruicemq; cruribus annexebant,  
inde cadauer ipsum in eminentiori loco de-  
posi-

positum, saxis & lapidibus obruebant, dein supra saxorum cumulum, nullo de suorum morte affecti dolore, capræ cornu deponentes cum risu abibant. Sextus Pyrrhonius eadem ferè omnia, nisi quod de paliuri ramo non meminit. In insulis quæ Balearides à nostris, à Græcis Gymnasie uocantur, illud quidē moris fuit, ut eius qui esse desinet, lignis quibusdā corpus membratim in frusta conciderent, et mox cōcīsum in uas componerent, tum demum saxorum et lapidum aceruo accumularēt, id quod Diodorus Siculus scriptum reliquit. At Nasamones, Africana gens, sedētes uita functos sepeliebant, idq; maxime obseruabāt, ut cum quis animam efflare cœpisset, sedentem constiterent, ne supinus occumberet: quod scribit Herodotus. Silius uero Italicus, Nasamona in mare sua cadauera, & in pelagus proiecisse cecinit. Panebi populi Libyæ cū eorum rex moriebatur, reliquum quidē corpus eius sepeliebāt, ut Stobæus tradit, caput uero abscissum & inauratum, in templo suspendebāt ac cōsecrabant. Nabathæi atq; Arabes, necnon Sabæi defunctorum corpora stercoribus similia putabant, atque ideo regum suorum & ducum cadauera in sterquilinijs cœno simoq; obtegebant, dein terra condebant. Massagetae uero Scythæa gens, eos miserrimos ac infelicissimos pu-

d s

55 LIVETI GR. GYRALDI DE  
tabant, qui infirmitate ac morbo decuban-  
tes morerentur, talesq; feris bestijsq; uoran-  
dos projiciebant. Vnde cū parentes & pro-  
pinqui in senium uergerēt, iugulabāt, eosq;  
in frusta concisos, & ouium ac pecudū car-  
ne permixtos, in mensa appositos absume-  
bant, satius rati à se illos, quam à uermibus  
consumi. Idem fermè scribit Herodotus in  
primo. Septimius uero Tertullian. in libris  
aduersus Marcionem, institutum hoc Ponti-  
cis gentibus adscribit. Parentū, inquit, cada-  
uera cum pecudibus cesa conuiuo conuo-  
rant: qui nō ita deceperint, maledicta mors  
est. Colchos mortuos nō sepelisse scribit Sto-  
bēus, uerum ex arboribus suspendisse, quod  
genus sepulturę aëreū fuit. Derbices gens  
Scythica Hyrcanis proximi, eos qui septua-  
gesimū annum iam excessissent iugulabant,  
& in cōuiuīs appositos, necessarios & pro-  
pinquos ad epulas conuocabant. abstine-  
bant uero à uetularum carnibus, eas tātum  
prefocatas condebant. At qui si ante id tem-  
poris spatium aliquis fato celsisset, non esse,  
sed terra condere solebant. Caspij, pa-  
rentibus ubi septuagesimum annum instare-  
uident, occludūt, illosq; arcte admodū ob-  
seruant, ut fame intereant. Alij tradunt, ubi  
ad id etatis peruererint, inter sylvas in lectu-  
lo destitui, finē rei obseruantibus & prospic-  
ientibus suis. Quod si forte suprà uolantes  
aues

aues unguib. et rostro iacētes discerpserint,  
 summam eos felicitatis gradū assēcotos arbitri  
 tranſ. Si uero à canibus & feris dilaniēntur,  
 eos quidē beatos ac felices existimāt, sed nō  
 æque ut n̄ qui à uolucribus discerpti sīnt. At  
 si nec ab his neq; ab illis, eos perinde ac infelī  
 ciſſimos lugēt. Eruli, qui Danubij ac-  
 colæ sunt, eam teste Procopio consuetudinē  
 in sepeliendis suis habēt, ut senibus quidem  
 & morbo male habentibus, fas nō esse existī  
 marent diutius uitam producere. Verū ubi  
 aliquis ita esſet affectus, propinquos roga-  
 re cogebatur, ut ſe quantocuſ ex humanis  
 delerēt: tum uero proximi & cognati ingen-  
 tem pyrā lignis ſtruere, & ſuper eam tanquā  
 fastigiū quoddam, hominē morti destinatū  
 colloare. Adhęc aliquis nulla ei necessitudi-  
 ne cōiunctus, pugione illū cōficerere, cognati  
 ignē rogo iniçere, cremati oſia legere, terra  
 cōdere, legibus obligant. At uero defuncti  
 uxor, ſi non multo poſt iuxta uiri ſepulchrū  
 laqueo uitā finiſſet, perpetuæ ignominię no-  
 ta inurebatur. Baſtriani & Hyrcani ſuos  
 ætate cōfectos canibus obiçere cōſueuerē:  
 quos quidē canes propterea publice alebāt,  
 fuęq; lingue uocabulo ſepulchrales uocabāt,  
 q; immane facinus Nicanor apud Baſtria-  
 nos Alexādri prefectus cū emēdare tētasset,  
 penē, ut ſcribit Hiero. regnū amifit. De Hyr-  
 canis quidem in hūc prop̄ modum Cicero:

20 LILII GR. GYRALDI DE  
In Hircania, inquit, plebs publicos alit ca-  
nes, optimates uero domesticos, atque pro  
sua quisque facultate canes parat à quibus  
lanietur, optimamq; eam censem esse sepul-  
turam. Idem Sextus Empericus afferit. Sunt  
qui & canes ipsos sepulchrales ideo nuncu-  
pent. At D. Hieronymus non à canibus so-  
lum lacerari tradit, sed & uolucribus semi-  
uiuos lacinari, atque ut canit Lucretius,  
Vix uident uiuo sepeliri uiscera busto.

Tibareni qui Scythiae populi sunt, quos  
senes dilexerunt, patibulis affigunt, id quod  
& Persas facere ait Sextus. Esedones  
Scythiae & ipsi populi, parentum suorum fu-  
nera cantibus læti prosequi dicuntur, con-  
uocatisq; propinquorum cætibus, cadaue-  
ra ipsa dentibus laniant, pecorumq; uisceri-  
bus mixta, ut de Massagetis retulimus, con-  
uiujs inter epulas apponunt. Osse autem  
capitis quod cranium vocamus, & calua-  
riam, poculi loco habent, quod & auro cir-  
cumornat, ut Solinus autor est & Mela. A-  
lij Celtis hoc attribuunt, quod modo de ca-  
pitis osse dixi. Alter ab Herodoto traditur:  
ait enim, defuncti caput denudatum pur-  
gatimque inaurant, eoque pro simulachro  
utuntur, agetes illi quotannis maiores & ho-  
stias & ceremonias. Albanos montis  
Caucasi incolas defunctorū curam nullam  
habuisse sunt qui tradant, eosq; cum opibus  
&

& pecunij reliquisque eorum rebus preciosis quibuscumque parentes sepelire iam olim consueuerat, ne scilicet diuitiae post obitum relictæ defunctorum memoriam desideriumque afferreret, autor Strabo. unde & parum diuites fuisse à scriptoribus produntur.

Lotophagi Libyæ populi suorum cœdauera in pelagusi acere consuevere, ea suasi opinione, minimum interesse humōne an humore corpora dissoluātur. Pæonas Laërtius in stagna suos iam uita fūctos prop̄cere scriptū reliquit. Suos & Ichthyophagi, ut dictum est. Phryges igni cremare, ut Græci, consuevere, mox sepelire. Alia sa- cerdotum consuetudo, quos decem cubitis erectos sublimes constituūt super lapidum struem, nec ut cæteros defodiūt, quod idem scribit Stobæus. Apud Lycios non mo rem duntaxat, sed legem etiam fuisse accepimus, ut non nisi ueste muliebri lugeret: idque ob eam rem factū, ut cultus deformitate cōmori, se maturius à morore abducerent, cū lactum intelligerent effeminatū esse & mollem, & à uiri grauitate dignitateque maxime alienum: Thracum uaria sunt instituta, ut uarię quoque eorum gentes. Trausii enim qui inter eos connumerant, ubi in lucē infantes editi sunt, lugēt: ubi quis naturę cōcessit, læti atque hilares per iocum lætitiaque humare soliti fuerunt, arbitrati eos extorti ui-

et incommodis liberatos. Stobæus & Cau-  
fianus hoc attribuit. Certe & Hesiodus qui  
& ipse Thrax fuit, natales hominum lugēs,  
ut ille ait, gaudet in funere. Getæ et ipsi  
Thraces, Gothi à plerisque existimati, ut Hiero-  
nymus & Orosius scribunt, idem faciunt,  
à Zamolxi edocti. Fuit uero, ut scribit Hero-  
dorus, Zamolxis homo Pythagoræ quondam  
discipulus, qui in patriam reuersus, cum ani-  
maduerteret Thraces male uiuere & inscitè,  
eorum ipse edocitus Ionicum uiuendi ge-  
nus & mores, ipsis dedit & leges, docuitque  
et persuasit popularibus eas seruātibus, post  
obitum eos ad se in eum locum ituros, ubi  
superstites omnium honorū compotes es-  
sent futuri. per hoc diuinitatis opinionē cō-  
secutus, è Thracū se conspectu abduxit atq;  
euauit, maximo sui desiderio post se reli-  
eto. Ad hunc mittere consueuere cum nauis  
quinq; remigum, nuncium quempiam ex se  
ipsis sorte delectum, præcipientes ea quibus  
ipsi tum indigerent, eumq; ita mittentes: eo-  
rum quibusdam negotium dabatur, ut tria  
iacula tenerent, alijsq; comprehensi, eius  
qui ad Zamolxin mitteretur, manibus pedi-  
busq; hominem agitantes, in sublime iacta-  
rent ad iacula, qui si in præsens extingue-  
tur, propitium sibi deum arbitrabantur: si  
minus, ipsum nuncium insimulabant, adse-  
uerantes malum illum esse virum. Hoc insi-  
mulato

mūlato, aliū mittebant, dantes adhuc uiuen-  
ti mandata. Sed pr̄ter h̄ec pleraq; alia de Za-  
molxi à Strabone tradūtur, dēq; eius cultu,  
ut c̄teros tum Græcos tum Latinos in pr̄-  
sentia scriptores præteream. Crestones  
& ipsi Thraciæ populi his superiores, id sepe  
liendi moris habent, ut quæ uxor magis à u-  
ro dilecta sit, ea mactata cum uiro sepelia-  
tur. Sed optimatum qui apud Thraces sunt,  
Herodotus hanc sepeliendi consuetudinem  
esse prodidit. Triduo, inquit, cadauer profe-  
runt, mactatisq; quotidie uictimis comessan-  
tur, mox deflēt, tum defuncti corpus crema-  
tum terre mandant, congestoq; desuper tu-  
mulo certamina proponūt, sed singulorum  
tantum hominum, quæ *μονομαχία* dicūtur.  
Sed de Thracibus in uniuersum plura Pom-  
ponius & Solinus, qui ut sunt breuitatis stu-  
diosi, ita loquuntur: Vna, inquiunt, gens  
Thraces habitant, alijs alijsq; prædicti & no-  
minibus & moribus. Quidam feri sunt &  
ad mortem paratissimi, Getæ utique. Id ua-  
ria opinio perficit. Alij redituras putantani-  
mas obeuntium. Alij et si non redeant, non  
extingui tamen, sed ad beatiora trāfire. Alij  
timori quidem, sed id melius esse quam ui-  
uere. Itaque lugentur apud quosdam pu-  
erperia, natique deflentur, funera contrā  
festa sunt, & ueluti sacra cantu lusūque ce-  
lebrantur. Nec forminis quidem segnis est

44 LIBRI GREG. GYRALDI DE  
animus: super mortuorum virorum corpora  
interfici simulque sepeliri uotum eximū ha-  
bēt: & quia plures simul singulis nuptiis sunt,  
cuius id sit decus, apud iudicaturos magno  
certamine affectat: moribus datur, estq; ma-  
xime lātum, cum in hoc contendit, uince  
re. Mōrēt alij uocibus, & cum acerbissimis  
planctibus efferunt: at quibus consolari eas  
animus est, arma opesq; ad rogos deferunt,  
paratiq; ut dictitat, cum fato, si detur in ma-  
nus, uel pacisci uel decernere, ubi nec pugnē  
nec pecunie locus sit, manētq; domi nō pro-  
cis nuptur. Atq; hæc quidem ex Meli magis  
quam Solino. Macedonibus nullū tam  
solenne munus fuisse proditū est, quam su-  
os sepelire. Gallorum in sepeliēdis cre-  
mandisq; cadaveribus ritus his propè uer-  
bis à C. Cæfare sexto belli Gallici commen-  
tario refertur. Funera sunt, inquit, pro cul-  
tu Gallorum magnifica & sumptuosa, om-  
niaq; que uiuis cordi fuisse arbitrantur, ini-  
gnem inferunt, etiam animalia, ac paulò su-  
pra hæc memoriam (hoc est, ipsius Cæsaris)  
serui & clientes, quos ab ijs dilectos esse con-  
stabat, iustis funeribus confectis unā crema-  
bantur. & hæc quidem Cæsar. Mirum uero  
est quod de ijsdem tradit Pomponius: Aeter-  
nas, ait, Druidas apud eos animas affirere,  
uitamq; esse alteram ad manes. Itaq; cū mor-  
tuos cremant ac defodiunt, acta uiuentibus  
olim

olim negotiorum ratio, etiam & exactio crediti, defertur ad inferos, erantq; qui se in rogos suorum uelut una uicturi libenter immitterent. At uero Massilienses inter Gallos olim eruditissimi, utpote à Græcis oriundi, eodem die quo funus esset elatum, domestico sacrificio adhibito, necessariorum ac cognitorum conuiuio celebrato luctum finire consueuere. Germanorum uero funera ita describit Cornelius Tacitus, ut eorū nulla esset ambitio: id solum obseruarent, ut claram uirorum corpora certis lignis creuarētur, struem rogi nec uestibus nec odribus cumularent: sua cuiq; arma, quorundam igni et equus adiiciebatur, sepulchrum cespes erigebat, monumentorum arduū & peroperosum honorē & grauem defunctis aspernabantur, lamenta & lachrymas citò, dolorem & tristitiam tarde ponebant: fœminis lugere honestū. Vtriq; uero, hoc est, Germani & Galli hac tempestate, ut Christiani, Christianorū exequijs & ceremonijs mortuos sepeliunt. Iudæorū consuetudinē esse corpora condere, quam cremare, more Aegyptio, idem Tacitus autor est, quod & in Iudæorū sacris libris manifestius conspicitur: quem morem & hodie ab ijs qui dispersi ac palantes, nullis certis sedibus uagantur, seruari uidemus. Condiri uero omentis & aromatibus, candidisq; inuolvi

lntaminibus, cum eorum, tum euangelica doctrina docet. Magnos autem adeò sumptus aliquādo in suis sepeliendis fecisse scribit Iosephus, ut plerique ea causa ad inopiam redigerent. Illud addit diuus Hieronymus: Flentes, inquit, usque hodie Iudei, nudis pedibus in cinere uolutati, sacco induiti, ex superstitione pharisaeorum prius cibum lentis accipiunt, signantes quali edulio primum genita perdiderunt. Et merito, ait Hieronymus, quia resurrectionem Christi non credentes, Antichristi parantur aduentui. Hoc quidem ille, qui & alio loco, libro scilicet in Hieremiā tertio: Mos, inquit, hic fuit apud ueteres, & usque hodie in quibusdam permanet Iudeorum, ut in luctibus incident lacertos, & caluitium faciant. quod & Job fecisse legimus. Manifestius hoc propheta ipse: Non sepelientur, ait, neque plangentur, & non se incident, & neque caluitium fiat pro eis, & non frangēt inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuum, & non dabunt ei potum calcis ad consolandum super patre suo & matre, & domum conuiuij non ingredieris, ut sedas cum eis & comedas & bibas. Quæ prophetæ uerba morem ostendunt, hæc facta fuisse in funeribus. Sepeliri uero in agris, & obstrui sepulchrorum ostia saxis & lapidum molibus, antiquis mos fuit, Nunc qui  
dem

dem ut plurimum exilia sunt, cippo tan-  
tum & gleba terræ contenti, uel tegula ficti-  
liue plintho, uel si qui magis marmoreo la-  
pide. Illud utique Iudaëi religiose antiquitus  
obseruarunt, ut nec hostem quidem inse-  
pultum dimitterent, nedum qui patibulo  
fuisset affixus. Turcarum quoque fu-  
nera his addere par uisum est. Solent igitur  
qui inter Turcas optimates sunt, sua sibi se-  
pulchra construere, ijs potissimum in lo-  
cis, ubi solitarium sit solum, & nullo in ui-  
ridarijs tempore cultum, scilicet & in specu-  
bus: tametsi apud eos etiam sint cœmete-  
ria, ubi populares passim & uulgares ter-  
ra, ut nostri, obruuntur. Potentiorum, in-  
quam, & optimatum funera eorum sacer-  
dotes, quos patrio illi uocabulo Thalas-  
famans uocant, pro hominis fortuna &  
conditione multi comitantur, identidem  
hoc carmen continentes, Deus est deus &  
uerus deus, & Magman dei nuncius. Ef-  
runt uero Turcæ cadauera in caput, ut He-  
bræi quoque, non in pedes, ut nos. Conse-  
quuntur funus necessarij ac propinqui, &  
post hos hinnientes equi, hamis quibus-  
dam naribus affixis: & cum his humi tra-  
cta insignia & uexilla ducunt, & hastas fra-  
etas, & eiusmodi cætera. Nonnunquam &  
equos inuersis ephippijs constratos. At us-  
to Turcarū reges alijs templa & xenodochia

COLLEGI GREG. GYRA E D I D E  
sibi pro sepulchris construūt, quibus & prō  
uentus annuos & redditus opulētos adscrī  
bunt, ad inopum & pauperum subsidia. So-  
lent id quoque plerique eorū principes effi-  
cere, ut circum sepulchra platanos ceterasq  
arbores uirentes serāt, simul & uiolas & ha-  
lantium florum omne genus, addunt & his  
marmoreos titulos suis perscriptos literis.  
At uero Turcarū sepulchra obiecta sunt que  
dam, quedam detecta, hoc est, sub diuo, ut a-  
pud nos quoque. Primatū quidē sepulchra  
quotidie ferē nouis stragulis ac pallijs obte-  
gunt. Addunt & his diademata, quæ uulgō  
Turbant uocantur, uarijsq omnia floribus  
inspargunt. Luctus uero funerum Turcē si-  
niunt tertio plerūq die, & nonnunquā octa-  
uo, uocatis ad epulas & conuiua amicis &  
propinquis, ubi & sermones habentur tem-  
pori & rei congrui. Non ideo tamen feme-  
næ, matres scilicet & uxores, sororesq, ace-  
iusmodi reliquæ à luctu cessant, qn frequen-  
tius sepulchrum adeunt, suamq fortem de-  
fleint, eiulatum nostratium haud parum imi-  
tantes. Atq hactenus quidem paucioribus  
tibi quām potui Turcarum funera sum exe-  
cutus. Nunc summatim nostra Chri-  
stianorum instituta tibi attingam, quod ea  
notissima sunt. Defunctorū nos corpora,  
ut antiquitus Romani, lauamus, & ut tu-  
iusque uitæ cōditio, proprio habitu, hoc est;

ut

ut pontifex pontificio, rex regio ornatu, uel  
ut sibi quisq; testamento legato iussisset, in-  
duimus, & humanæ redēptionis insigni  
præente cruce, præcedentibus omnis ordi-  
nis sacerdotibus, ultimo loco subsequenti-  
bus necessarijs & propinquis, pullatis atra-  
tisq;, cadauere sandapila medio loco consti-  
tuto, ad templa & cœmeteria deferimus, ubi  
de more peractis iustis, uel terra condimus,  
quod uulgare & plebeium est, uel marmo-  
reis sepulchris, quod ciuius, uel porphyre  
ticis labris, uel aheneis, quod principū est &  
potentiorum: nonnulli etiam balsamo, alijs  
sale & melle condunt, & in templorum for-  
nicibus arculis picatis cerasis ue suspendūt,  
obtectis sericeis aureisue tegumentis, cum  
tamen illud à nostris maxime propriū existi-  
metur, terram terræ reddere, quæ (ut canit  
Lucretius) quoniam omniparens eadem re-  
rum est commune sepulchrum. Sed & apud  
Xenophontem Cyrus id sepulturæ genus  
commendat, quod & antiquissimum fuis-  
se M. Tullius declarat.

Hactenus quidem, quantum memoria  
complecti potui, de uarijs gentium sepeliens  
di institutis differui, quibus, ut puto, longe  
facilius Silij Italici carmina intelliguntur,  
quæ sunt in xiiii. Punicorum, quo nullus,  
ut mihi quidem uidetur, uarios sepeliendi ri-  
tus breuius complexus est, ut eo loci facile

70 LILII GRBG. GYRALDI DE  
iures, oratoris partes cum quam poëta po-  
tius obiisse. Ita enim Scipionē cum Appij  
umbra loquentem inducit:

-Nanque, inquit, ista per omnes  
Discrimen seruat populos, uariatq; iacentum  
Exequias, tumuli & cinerum sententia discors.  
Tellure, ut perhibent, is mos antiquus. Ibera,  
Exanima obscenus consumit corpora uultus,  
Regia cum lucem posuerunt membra. probatū est  
Hyrcanis adhibere canes. Aegyptia telus  
Claudit odorato post funus stantia saxo  
Corpora, et à mēsis exanguē haud separat umbrā.  
Exhausto instituit Pontus uacuare cerebro  
Ora uirū, & longū myrrata reponit in eum.  
Quid qui reclusa nudos Garamantes barena  
Infidiunt? quid qui saeuo sepelire profundo  
Exanimes mandant libycis Nasamones in oris?  
At Celte uacui capitis circundare gaudent  
Offa(nefas) auro, & mensa pocula scruant.  
Cecropidae ob patriam mauortis sorte peren.  
Decreuere simul communibus urete flammis.  
At gente in Scythica suffixa caduera truncis,  
Lenta dies sepelit putri liquētia tabo.

Hęc Silius. Sed iam sepulchrorū miracu-  
la, que toto terrarum orbe clarissima habita-  
sunt, libello modum imponat. Etenim supe-  
rius

V A R I O S E P E L . R I T V Ė S : 72  
rius gētes memorauimus, quarū in constru-  
endis monumentis ingens fuit ambitio, atq;  
in primis Aegypti, cuius reges et pyramides  
primi, & obeliscos, & irremeabiles struxere  
labyrinthos. Nā et Hecatēus, qui tēpore La-  
gi Thebas profectus est, ut fidelius Aegypti  
historias cōscriberet, et post eum alijs tradūt,  
Aegyptiorum regū uerustissima sepulchra  
talia fuisse, ut eis nulla alia comparari pos-  
sint. Aegyptij uero sacerdotes, quadraginta  
septem regia monumenta commemorant,  
quæ miraculosissima fuerint: ad Lagi tamē  
Ptolemæi tempora decem et septem dunta-  
xat superfuisse dicuntur. Celebrant item ea  
in quæ Louis concubinas Aegyptij cōditas  
asserebāt. Verū illud multo maxime celebra-  
tur, quod Simandij regis fuisse perhibetur,  
cuius in præsentia formam tibi perscribam.  
Eius sepulchri circuitus decē stadiorū fuit,  
cuius aditus porta, quæ duorum fermē iuge  
rū latitudine, altitudine quadragintaquin-  
que cubitorum fuit, uarijs constructa mar-  
moribus. quamprimum ingressis offereba-  
tur peristylus quaquauerum quatuor iu-  
gerum, in quo pro columnis animalia sex et  
decem cubitorum ad morem antiquum in-  
sculpta fuerant. Tota uero superioris te-  
cti structura exduorū passuum lapidibus,  
stellis dispositis colore cœruleo, erat ador-  
nata, Dein alter erat aditus & priori porta

72 LILI GREG. GYRALDI D<sup>2</sup>  
non absimilis, verum sculpturis multo copiosior: in cuius ingressu tres erat statuæ ingentes positæ, Memnonis (ut aiunt) opus: quarū una colosi instar erat altissimi, hinc & hinc pusillas duas filias, ut videbatur, habens, mirabili tū naturę, tū artis ingenio. Titulus in eo talis, Rex regū Simandius sum. Si quis qualisue fuerim, & ubi iaceā nosse uelit, meorum aliquid operū exuperet. Erat & signū aliud matris uiginti cubitorū, in cuius capitib[us] uertice tria regia ornamenta cū essent, id (puto) innuebat, quod filia, uxor, & regis mater fuisset. Post hæc & alter peristylus erat lōge superiore pulchrior, in quo Baetriana ipsius regis pugna erat efficta. In medio peristyli duo erant ingentes statuæ ex unico marmoris frusto cōfectæ, ad quas ex peristylo tres aditus patebāt: tum ædes erat suspensa columnis, & in ea ligneæ statuæ innumerabiles, hinc iudices & inde principes videbātur. Dehinc ambulatorium, & regis signum deis immortalibus ex sibi allatis tributis dona offerentis, quotq[ue] annuatim milia ex tributo rex acciperet. Post hæc etiā fuit bibliotheca cum huiuscmodi inscriptione, Animi medicamentū. Et post ipsam bibliothecæ inscriptionem, omnium deorum Aegypti imagines, & regis munera offerentis. Domus hæc sequebatur, in qua Iouis & Junonis lecternia uiginti, & statuæ regis ipsius

ipius, ubi rex erat sepultus. Circū hanc domum erāt habitacula uarijs depicta animilibus, quæ uersus sepulchrum ascendere uidabantur. Circuibat monumentum aureus circulus unius cubiti crassitudine, ambitus uero & circuitu trecentorū sexagintaquinq[ue], in quo dies anni, & astrorum cursus inscriptus erat, quem circulum usque ad Cambysis tempora permāsse testis est Diodorus Siculus. Et tale quidem Simandij regis monumentū fuisse legimus. Meridis uero regis sepulchrum Labirynthus fuit omnium maximus qui traduntur in Aegypto: de illo cum uarie à scriptoribus scribat, eorum opiniones non est quod hoc loco referam. Pyramidū quoq[ue] amplitudinem portentosam, sepulchrorum causa cōstruxit, ut Diodorus & Herodotus alijq[ue] affirmant, tametsi Plinius præter hanc & alias afferat. Sūt qui id operis Aegyptios ab Aethiopibus mutuatos existiment, apud quos primū erētæ fuerunt. Sedenim pyramidū aliæ quidē trium laterum, aliæ quatuor fuisse, manifeste ex autoribus colligimus. Illa autem inter reliquias celebrata est, quę Amasidis regis fuisse creditur. Item ea quā sibi Chemis rex posuit, quem Cheopen, ni fallor, uocat Herodotus. Fuit & illa quæ Rhodopidis meretriculæ fuisse traditur, illius in quam Rhodopidis quā Charaxus Sapphus frater per-

74 CICII GRÆG. GYRALDI DE  
ditè amauit: quam rem perinquo animo  
Sapphò tulisse, liquidò ex eius carminibus  
patet. Fallunt nonnulli, qui putauerunt My  
cerini hanc fuisse pyramida, cum alia quidē  
illa fuerit: de quo & illud passim ferebatur,  
quod is fato functam filiam in bove lignea  
condidisset, & apud se, illius ut desiderium  
leniret, in aula regia asseruabat, iussitque ut  
qui mysterijs & sacris præcessent, illi quoti-  
die parentarent. Vidimus & ipfi Romæ, si  
non tantas, similes tamen, ut quæ C. Cæstij  
fuit. Fuerunt & obelisci aliqui eadem sepul-  
chrorum causa erecti (ut Aegyptios tace-  
mus) duo illi qui erant in monumento Au-  
gusti Romæ, ab Ammiano celebratur, quo-  
rum alterius hoc tempore ingentia frusta  
& crepidines reperte sunt. Stat & adhuc qui  
in Vaticano à Claudio Cæsare positus fuit.  
Mausoleum uero in Caria ab Artemisia re-  
gina in Mausoli uiri & fratris memoriā con-  
structum, & inter septem orbis miracula re-  
positum fuit: unde & apud Græcos de rema-  
gnifica prouerbii *λαρικὸς ταῦρος*. Sed & Por-  
senæ regis Labyrinthus apud Hetruriz &  
uitatem Clusium, sepulturæ loco ab eo rege  
positus fuit, in quo & pyramides addidit, ut  
ex Varronis autoritate Plinius recitat. Hu-  
ius quidem Labyrinthi et hodie uestigia cer-  
nuntur. Quid? nōne notum est & urbes  
nonnullas conditas pro sepulchris? ut An-  
tinoi

tinoi ciuitas ab Adriano constructa in dilecti adolescentis memoriam & monumentum. Quid nōnne Bucephalam ab Alexander de equi sui nomine? Sed & flumina sepulchri loco nōnullis fuisse legimus, ut est de Tiberino apud Romanos. Nota est historia, ut apud Medos Hydaspes, de quo in Poëta agemus. Item fluuius Pythopolites à sepulchro Pythei regis, de quo Plutarchus agit. Maria etiam sepulchriloco fuere, ut Icarium, Aegæum, Hellespontus, Erythræum & summeris sepultisque regibus nuncupata. Verum hoc de Erythra adnotaui, quod in Tyrina fuit non longe à Carmania sepultus, cum huiusmodi inscriptione: *Hic tumulus perclago late dominantis Erythræ.* Græcum ut legi hic apposui, si minus, ut ego latine retuli, tibi placeret: *καὶ τὸν αὐλός ταῦτα θέματα γενέσθαι.* Celebratur & apud barbaros Nini regis sepulchrum. Nam ut scribit Diodorus, sepultus fuit Ninus in regia, molis ingentis condito à se monumēto, non uem stadiorum altitudine. Ctesias Gnidius nō nouem, sed decem prodidit: ex quo loco facile urbs tota spectari poterat. Vnde poëta Ouid. de Pyramo & Thysbe, qui mutuo amore eōcordes Babylone fugiebant, ita censit: Conueniunt ad busta Nini. quem locum admodum iejunè exposuisse uidentur

76 L I L I I G R E G . G Y R A L D I D E  
interpretes. Laudat item Zarinæ sepulchrū  
quæ Sacarum regina fuit. Erat uero pyramis  
trilatera, quæ in summitate & altiore fastigio  
colossum aureum habuisse fertur. Helenæ  
Iudææ memorabile monumentū fuisse cum  
Josephus & Egefippus indigenæ, tum Græ-  
cus Pausanias prodiderunt. Nitocris etiam  
Assyriorum reginæ sepulchrum ea ratione  
celebrat, quod posteros elusit, thesauros sub  
eo mentita, quo multo post Darius est dece-  
ptus: in eo enim multo labore effosso, has  
literas inscriptas reperit: Nisi pecunia esset  
inxplebilis, & turpis lucri cupidus, nō de-  
functorū urnas aperiuerisses. Sed pluribus hoc  
Herodotus. Artachæi Xerxis præfecti me-  
morabile quoq; fuit monumentū, quod ab  
uniuerso illo Xerxis exercitu tellure conge-  
sta cōstructus fuit. Sed et Sardanapali sepul-  
chrum epitaphiumq; celebratū est. Nec mi-  
nus & Cyri regis, quod non ad Aegyptiorū  
regum luxum, rex potentissimus sibi para-  
uit, sed ad plebeiam ferè mediocritatē: quod  
cū Alexander recludi mandasset, nihil in eo  
præter clypeū putrē, & arcus duos Scythicos  
& acinacem reperit. Q. Curtius regem mira-  
tum ait. Vberius tamē ab Arriano laudatur,  
eiusq; Cyri epitaphiū. Commendatū quoq;  
Augusti Cæsaris monumentum, quod Ro-  
mæ lapide quadrato constructum legimus,  
& arbore opertum perpetuo uirenti, in cuius

In monumēti summitate Augusti ipsius statua erat posita, cuius reliquiæ molis nō procul à Tybri extabat superioribus annis: hodie qui marmora effodiūt, funditus penè diruere. Manet adhuc Adriani moles, quā bellis Gothorum penè disiectā, statuisq; ac signis nudatam scribit Procopius, demum à Romanis pontificibus, postquam urbem Romam adepti sunt, instauratā, muris propugnaculisq; & fossis munitā quā non Tybri alluitur, in arcis munitissimæ formā redactam nunc cōspicimus. Nunc tibi mitto Iouis sepulchrum, quod fabulosum multis est carminibus decantatum, ut cum alijs tum Picus noster in suis commētarijs luculenter ostendit. Mitto & Taphosirin urbem in Aegypto, in qua sepultum Osirin nomen indicat. Mitto et Serapidis sepulchrū quod Rufinus, Alcmenæ qd Plutarchus, Isidis quod Diodorus, commemorant. Mitto & Mahometis, uel ut rectius uocat Magmedis, Turcarum prophetæ, quod ex Magnetis fornice & chalybe aëre suspenso uulgus fabulatur. Mitto & alia penè innumerabilia, diuorum, pontificum, Cæsarum, regum. Sed non sine piaculo illud præterierim, quod omnes summo cultu summaq; reuerentia, si minus corpore, animis saltem purgatis adire debemus, quod est in Iudææ urbe Hierosolyma; CHRISTI dei & Seruatoris nostri, cuius ð

78 C I L I I G R E G . G Y R A L D I D E  
possessores essemus, qui eius nomine, utim  
non immerito, Christiani nuncupamur.

Hactenus tibi de sepulturis & uario sepe  
liendi ritu CAROLE differui: scio plurima  
me fugisse, multa tamen de industria præteri  
ui: quæ tamē non ascripsisse, minoris sint mo  
menti. Quod si studium hoc nostrū aliqua  
~~ex parte~~ tibi nō aspernabile uisum fuerit, mul  
tum mihi collatum arbitrabor, præcipue cū  
re tu apte natura & instituto ad bonas artes  
semper prop̄erioris animi fuisse intelligam;  
et que ab auunculo tuo uiro integerrimo ac  
probatisimo, nō declinare conspiciam. Su  
perest uero mi Carole, ut quoniam morta  
lenobis contigit corpus, animus uero im  
mortalis, enitamur ut animi memoriā post  
mortem relinquamus immortalem, dumq̄  
sepulturas hasce legimus, earum iactutā fa  
cilem esse putemus: quin illud potius aga  
mus quod Pericles ait, ut exuti mortalitatē,  
sine sepulchro, sine etiam titulo, si ita cōtin  
gat, nostri memoriam magis apud Deū im  
mortalem in cœlo, bonorum omnium ope  
rum remuneratorem, quam in sepulchris &  
marmoratis eorum inscriptionibus conser  
nari putemus, mortisq̄ ipsius memores sent  
per dum uiuimus simus. Nam nec aliam ob  
causam, ut à principio diximus, summum in  
philosophia finem Platonem in assidua mor  
tis cogitatione fuisse videmus, nisi quod  
per



per eam & uitia fugimus, & ad uirtutes accēdimur, quibus rebus in supremi et tremendi tempore iudicij, unā cum corporibus nō iam mortalib. surrecturi, donati illustri sempernoq; domicilio, cum Deo gloriosissimo optimoq; æternū beato æuo perfruemur.

D E S E P V L C H R I S E T V A -  
rio sepeliendi ritu libelli finis.







